


kat.komp.



311316

I St. Druki Mag


*Feol. 3473*




311316

I St. Druki

*X. en 38*





REFUTATIO LIBELLI

MARTINI SMIGLECII IESUITAE,

*Cui titulum fecit,*

Verbum Caro factum:


*Autore*

VALENTINO SMALCIO



RACOVIAE,  
Typis STERNACIANIS,  
Anno 1614.

XXIV. 57 130.



311316

I H. D.




D  
e  
lat  
ho  
tio  
qu  
Te  
mu  
arr  
co  
De  
tun  
ven  
con  
dec  
cla  
sp  
qui  
per  
ara  
fos  
ob  
act  
test  
mar  
req

OS: 50

ILLVSTRI DOMINO  
D. IACOBO DE SIENNO  
SIENIENSKI, Palatinidæ Podoliæ.

*Author gratiam & pacem a DEO Patre nostro, & Domino  
nostro JESU CHRISTO precatur.*

UOD sit ingenium, & quod institutum Jesu-itarum, VIR ILLUSTRIS, ut alia taceam, vel nuperrimè a Smiglecio edita scripta, factis superque docent & comprobant. Non tantum enim in conscientias nostras involat, & nos, decretis suis Christianorum titulo privatos, hostes Religionis & Christi proclamant: sed etiam potentiorum animos, adversus nostræ religionis homines, tanquam patriæ & Reipub: hostes, sollicitare nihil veretur. Testem produco, præfationem libro, quem hîc refutamus, ab ipsomet præfixam. Quorum illud, quantæ sit arrogantia, dici vix potest. Apostoli enim, eum, qui ore confitetur, Jesum (esse) Dominum, & corde credit, quod Deus eum ex mortuis resuscitavit, salvum fore; & spiritum, qui confitetur, Jesum (esse) Christum, qui in carne venit, ex Deo esse disertè affirmant; nos verò id & ore confitemur, & corde credimus: Hoc autem, quàm non deceat Jesuitas, præsertim in hoc almo, & tanta libertate claro, POLONIÆ Regno; & quid istiusmodi molitiones spirent, quàm denique funestus earum exitus esse soleat, quia Tu me multò rectius perspicis, nolo nunc pluribus persequi. Hoc dico: Magno ea res est argumento, Jesuitas a rationibus destitui, dum aliorum potentia nos oppressos volunt. Sed & hoc frustra totum est. Veritas enim, ut obrudi nemini vi potest ulla; nec religio id est, quod coactum est: sic nec ulla vi humana opprimi unquam potest, etiamsi tandem professores illius ad tempus opprimantur. Causam istorum convitiatorum & molitionum requiris amplius? Non possunt scilicet ferre, scripturas

Rom: 10. 8.  
1. Ioh: 4. 20

facras, non ad ipsorum palatum & nutum, sed ad earundem analogiam explanari, & se, qui summam rerum sibi vendicant, ab aliis errorum convinci. Nam quod impietatem dogmatum nobis impingunt, id non illorum est, decernere, qui ipsimet a nobis errorum plurimorum & perniciosissimorum accusantur: sed aliorum tota hæc res iudicio, & tempori, quod veritatis est parens, committenda est. Interim in diversitate sententiarum pax colenda & charitas, & cogitandum illud est: *Tu quis es, qui servum alienum condemnas. Domino stat, Domino cadit.* Quod ut tandem inter Christiani nominis professores obtineat, Deum orare, & nihil non facere tenentur omnes, quibus gloria DEI & CHRISTI, hominumque salus cordi est. Qualem te esse, Vir ILLUSTRIS, cum penitus perspexerim, hanc operam meam sub ILLUSTRIS nomine Tuo publicari, conveniens esse duxi. Simul autem id etiam propositum habui, ut Te in sacrosancta veritate, quâ a Deo illustratus es, hac ratione confirmarem: & meam denique Tui, cujus favore hætenus fruor singulari, observantiam quoquo modo testatam facerem. Accipe igitur hoc munusculum eo, quo Tibi offertur, animo. Deus autem Te incolumem conservet, & æternum sospitet. Racoviæ i. Septemb:

I 6 I 4.





PRAEFATIO AD LECTOREM.

**I** T V L O S memorabiles, libris suis praefigendos, affe-  
 ctare Smiglecium, recens ab eo editi documento sunt.  
 Nam unum libellum, sub titulo, Nodi Gordii: alte-  
 rum sub titulo, Vana sine viribus ira Ministrorum Evange-  
 licorum: tertium sub titulo, Monstra nova novi Arianismi:  
 quartum denique sub titulo, Verbum caro factum, cujus re-  
 futationem hic habes, publicavit. Quibus titulis id proculdu-  
 bio effectum voluit, ut res, quas tractandas suscepit, ex ipso titu-  
 lo, quales essent, deprehenderentur. Sed si illum, cui titulus est,  
 Vana sine viribus ira, excipias, (quanquam in illo etiam satis  
 ineptiam suam prodidit) quam vanus fuerit illius conatus, &  
 quam indignus hominis vocatione, aetate, eruditione, tum per se  
 patebit, tum ex eo, quod jam, Dei beneficio, a nostris ad ea respon-  
 sum extat, omnibus puto manifestum futurum. Nam Nodum  
 Gordium, ea de Missione argumenta appellavit, quibus ad dis-  
 solvendum vix aliquid facilius esse potest: et longè intricatiores  
 sunt alia non pauca (de quibus nobis haecenus cum Pontificiis lis  
 est) quaestiones eâ, qua de Missione ministrorum est, ut ex disso-  
 lutione istius Nodi recens edita videre est: Quo jure verò, qua-  
 dam eorum, in quibus ab illo & ecclesia Romana dissentimus,  
 Nova monstra Novi Arianismi, appellavit, jam puto omnibus  
 eruditis, cordatis & piis constare: Quam denique nullam causam  
 habuerit, libellum hunc nuperrimè editum, de incarnatione  
 Verbi, titulo hoc venditandi, Verbum caro factum, omnibus  
 judicandum relinquo. Equidem, quod ad me attinet, justo id Dei  
 iudicio factum esse, nihil dubito. Voluit scilicet Deus dogmatis  
 istius monstri, de incarnatione Verbi, vanitatem ex ipso titulo  
 agnosci. Cum enim verba, quae vulgò ita convertuntur, Verbum  
 caro factum est, verti possint, (ut omnes eruditi & ipse Smiglecius  
 fateatur) & vi veritatis verti debeant, Verbum vel Sermo il-  
 le caro fuit vel erat, quomodo etiâ in Slavonica vel Ruthenica  
 versione (qua hic minimè suspecta esse potest, cum eandè, quam  
 Romanenses de Christo hac in re sequantur opinionem: imò tãtò  
 majoris faciendi est, quantò Graeci sermonis peritiores fuisse cre-  
 dibile est interpretes illius,) sonat, nonnè in sumum abiit ista in-  
 carnatio Verbi religiosa, scilicet? Ut enim, Verbum Caro fa-  
 ctum

Slavonica ver-  
 fio habet, y Stos  
 wo pty (po ni-  
 semu pty) bya  
 to

P R Æ F A T I O

Etum est, nullibi extat: sic nec res, illis verbis inclusa, extare potest. Habet igitur pœnam hujus sui artificii Smiglecius paratam: habent etiam alii fructum hunc non pœnitendum, ex hac ipsa inscriptione libelli, ut, quid de tota hac re vel questione statuendum sit, ex primis ejus verbis judicare possint.

Caterum qua Smiglecius in hoc libello tractat, vetus sunt Pontificiorum cantilena, & tantum non oïiosa eorum, qua alii ante ipsum, non minus eruditè, nostro hoc seculo in lucem ediderant, repetitio: & jam, ultra ea nihil prorsus ab illis dici posse, ad defendendam ecclesie sua sententiam, certo certius est. Quare quid de Deo & Iesu Christo sentiendum sit, jam tempus est, ut is, cui religio & veritas divina cordi est, ex his scriptis tandem concludat, nihil ampliùs ab adversariis sperans. Animadvertet autem is, qui res divinas sobriè pensitat, totum hoc, quod de Dei natura numero una, qua tribus personis communis esse creditur: de Christi persona, qua ex duabus naturis conflata esse statuitur: de Spiritus sancti per se subsistentia, nec ullo certo & indubitato sacrarum literarum testimonio, (quod prorsus necesse esset, si ea ad salutem aeternam necessaria sunt) nec argumento ex illis ducto (quod se quomodocunque ad religionem Christianam pertinerent, requireretur) firmatum esse aut firmari posse, & proinde non eam esse horum omnium dogmatum necessitatem, quam hodie esse plerique existimant. Cum enim nonnisi ex consequentiis ista omnia, ipsis etiam adversariis testibus, dependeant, parum ne liquet, ea, licet tandem essent verissima, tamen ad salutem necessariò non pertinere. Non omnibus enim datum est ea intelligere, qua ex consequentiis deducuntur. Qua verò salutem concernunt, ea ut omnium sensibus & captui accommodata sint, necesse esse, ipsa dicat ratio. Unde patet, non sine gravi errore & arte Satanae hodie tantas imicitias & odia fere implacabilia gliscere inter eos, qui diversum alii ab aliis hisce de rebus sentiunt. Dummodo enim constanter id teneatur, Deum unum esse, Patrem: Iesum esse Christum: Spiritum sanctum esse Dei virtutem naturalem, nihil obstare debet, quominus ii, qui ista consitentur, unus Christi populus censeantur, nisi alia obstant, qua homines aeterna salute privare possunt. Licet enim de modo, quo Deus unus est, controvertatur: licet, an Iesus, priusquam ex virgine na-

AD LECTOREM.

ne nasceretur, extiterit, disputetur: licet denique, an qua naturaliter in Deo inest virtus, subsistentiam suam peculiarem habeat, otiosè inquiratur: manent tamen immota illa, qua scriptura sacra tanquam necessaria ad salutem, prorsus exigit, Deum esse unum, Iesum esse Christum, Spiritum sanctum Dei esse virtutem. Hac autem est illa ad salutem necessaria (ut ita loquar) Trias. Et ita deceret, ut, quemadmodum tempore ipsius Domini Iesu, unus populus Dei censebantur, qui tamen de resurrectione, de Angelis, de spiritibus, & aliis diversum sentiebant: ut etiam tempore Apostolorum unus erant Christi populus, qui de lege ceremoniali plurimum dissidebant, (alii enim eam prorsus rejiciendam & jure quidem, alii eam prorsus retinendam esse contendebant) & inter quos varia de variis rebus sententia, eaq; sibi invicè adversa (ut fit in republica Christi liberrima) vigeant: sic hodie etiam pro uno Dei populo censerentur, quicumque ista modò nominata confitentur: & ita, si non staternitas Christiana (quòd tamen maximè optandum, & sperandum etiam esset, si in aliis, qua scilicet cultum Dei & veram pietatem spectant, moderatio justa institueretur) saltem politica quadam *συγκρίσις* iniretur, maximè cum ex ipsis Pontificiis insignes viri, alius quidem Trinitatem ideo credi dixerit, non quòd scriptura dicat, sed quòd non contradicat: alius verò, eam ex solo verbo Dei sine ecclesie auctoritate, defendi non posse, etiam gloriatur.

Nec obstare fortassis debet adversariis ad hoc sanctum propositum, nostrorum, qui diversum ab illis, de Deo, Christo & Spiritu sancto sentimus, paucitas & contemptibilitas, cum nec numero, nec externo aspectu res divina censei debere notius sit, quàm ut probatione egeat. Nos, si, quid fieri velimus, vel quid fieri posse & debere sentiamus, exposuerimus, officio nostro coram Deo & universo orbe Christiano, satisfecisse, nos putamus: Interim veritati nunquam, Deo juvante, deerimus, & adversarios, qui nos convitiis & vi premunt, ipsos quidem amore prosequi, ut tenemur, ita etiam studebimus, & Deum pro illis orare non destemus; argumenta verò illorum, quibus oppressam vellent veritatem, solidè refutare conabimur, donec Deus pacis tandem simulatam illam religionem, in qua conspiratio potius quàm homines

Hofius Cardina-  
lis.

Iacobus VVatic  
Iesuita.

PRÆFAT: AD LECT.

*mines sociat, quàm consensus in veritate & pietate, detegat, &  
omnibus patefaciat, quòd ad salutem aternam consequendam  
satis sit, in Deum per Christum credere, vel Deo secundum Chri-  
sti præcepta obedire. Quod ut tandem fiat, faxit ipse Deus  
per Christum Iesum. Cui sit honor & gloria in omnia  
secula, Amen.*



Divi Io.

A. D. C. L. I

I

# Divi Iohannis de S E R M O N E D o c t r i n a.

*Quia verba Evangelii a Smiglecio libello  
ipsius præfixa sunt, nobis etiam eadem hic appo-  
nere, & quidem ut in Græco codice sonant, vi-  
sum fuit.*

1. In principio erat ille Sermo, & ille Ser-  
mo erat apud illum Deum, & Deus erat ille  
sermo.
2. Hic erat in principio apud illum Deum.
3. Omnia per ipsum fiebant, & sine ipso fi-  
ebat neque unum, quod factum est.
4. In ipso vita erat, & illa vita erat lux ho-  
minum.
5. Et lux illa in tenebris lucet, & tenebræ e-  
amnon comprehenderunt.
6. Fuit homo, (*qui*) missus (*erat*) a Deo,  
nomen ei Iohannes.
7. Hic venit ad testimonium, ut testaretur  
de illa luce, ut omnes crederent per illum.
8. Non erat ille, lux illa, sed ut testaretur de  
illa luce.
9. (*Hæc*) Erat lux illa vera, quæ illuminat  
omnem hominem, veniens in mundum.

A

In

10. In mundo erat, & mundus per eum fiebat, & mundus eum non cognovit.

11. Ad propria venit, & proprii eum non receperunt.

12. Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem, filios Dei fieri, (*his*) qui credunt in nomen ejus.

13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

14. Et sermo ille caro erat, & habitavit inter nos, & contemplati sumus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenus gratiæ & veritatis.



R E

R

S

quod  
per C  
& lan  
quan  
Vita  
nequ  
antec  
do c  
bello  
lum  
lunta  
erit  
one r  
S  
Idem  
Smig  
est (v  
quod  
tamen  
absur  
Respo  
Nam  
runt,  
quem  
mo no

REFUTATIO LIBELLI  
MARTINI SMIGLECII IESUITÆ,

*Cui titulum fecit:*

Verbum Caro factum est.

CAPVT PRIMVM.

*De causa cur CHRISTVS sermo sit appellatus.*

**S**ENTENTIA nostra est: Christum, Verbum vel potiùs Sermo-  
nem (est enim in Græco λόγος non ῥῆμα) & sermonem Dei, ut  
alibi additur, appellari figuratè, idque vel per Metaphoram,  
quòd, sicut per sermonem hominis voluntas ejus patet, sic etiam  
per Christum voluntas Dei nobis patefacta sit, quomodo etiam Via,  
& Ianua appellatur; vel per Metonymiam, quòd scilicet ejus rei,  
quam ipse revelavit, nomine insigniatur, quo modo etiam Veritas,  
Vita, & resurrectio appellatur. Smiglecus hanc nostram sententiam  
neque cum scripturis, neque cum ratione rectè consentire ait. Hic  
antequam aliud quid dicamus, vide, quæso, benevole lector, quomo-  
do conveniat Smiglecio Iesuitæ cum Vujeko Iesuita. Hic enim in li-  
bello suo, de Divinitate filii Dei edito, disertè ait: *Non propter hoc so-  
lum (Christus) Sermo vel verbum appellatus est, quia nobis Dei vo-  
luntatem patefecerit, vel quia Deus Pater per ipsum ad nos locutus fu-  
erit*, &c. Smiglecus verò ait: Hoc neq; cum scripturis, neq; cum rati-  
one rectè consentire. Ergo damnavit Smiglecus collegam suum.

Sed nunc, quod affirmat Smiglecus, examinabimus breviter.  
Idem enim serè habes in capite vigesimo sexto Monitorum nuper a  
Smiglecio editorum. Argumenta affert, quorum primi summa hæc  
est (verbositatem enim Smiglecii & otiosam ταυτολογίαν non est  
quod moremur): *Innumeri divinam voluntatem annuntiârunt, nullus  
tamen idcirco Verbi nomine appellatus est. Ergo non est verisimile, imò  
absurdum, D. Iohannem Verbi nomen in ea significatione usurpasse.*  
Respondeo, & consequentiam argumenti nullam prorsus esse dico.  
Nam ex eo, quòd nemo illorum, qui divinam voluntatem annuntiâ-  
runt, verbi nomine appellatus sit in scriptura, nec id sequitur, ali-  
quem illorum ita appellari non posse. cum multa fieri potuisse ne-  
mo non intelligat, quæ tamen facta non sunt, ut, verbi gratiâ, mul-

Apoc: 19. 13.

Ioh: 14. 6.  
& 10. 9.

Ioh: 14. 6.  
& 11. 25.

Argumentum  
Smiglecii 1.

Responso.

ti reges non sunt appellati redemptores populi Dei, ut Moses; nec quisquam prophetarum amicus Dei appellatus fuit, ut Abrahamus, & tamen ita appellari suo modo tunc temporis eos potuisse, nemo non videt; nec ex eo, si nemo illorum ita appellatus est, sequitur, alium, nempe Christum, ita appellari non potuisse. Non rarò enim solet id alicui tribui, tanquam proprium, quod ei excellentissimo præ aliis omnibus modo convenit, licet aliis etiam suo modo convenire possit. ut, verbi gratiâ, Christus solus est appellatus Lux mundi, non quia alii ante eum viri divini lux mundi non fuerint suo modo. nam si Christi populus eo nomine appellari meretur, quidni etiam isti tanti viri, quorum fides in Deum his imitanda proponitur? Sed quòd nemo illorum tam excellenti modo Lux mundi fuerit, quo Christus est. Sic etiam quia nemo isto modo divinam voluntatem revelavit unquam, quo Christus, meritò illi hoc nomen Verbi vel Sermonis potius inditum est, & alii nemini. Nemo enim unquam nec talem nec tali modo Dei voluntatem revelavit, qualem & quali modo Christus revelavit. Nos autem non ob quamvis cujusvis, sed ob perfectam perfectæ voluntatis divinæ revelationem, Christum Sermonem Dei appellatum esse contendimus. *Deum enim nemo vidit unquam, Vnigenitus filius (qui idem Sermo ille est) qui est in sinu Patris, ille enarravit.*

Ioh: 1. 18.

Argumentum.  
Smigleccii 2.

Responsio.

Argumenti secundi summa & vis est: *Soli Christo competit nomen Verbi, & eius id proprium est. Ergo etiam ratio nominis debet esse propria & non communis, qualis est hæc, quòd divinam voluntatem annuntiavit.* Respondeo, hoc argumentum idem esse re ipsa cum priori, & proinde etiam ex iis, quæ modò diximus, responsionem ad illud patere. Iam enim docuimus, posse alicui tanquam proprium id tribui, quod perfectissimo modo illi competit, etiam si aliis etiam suo modo competat vel competere possit. Quod prævidens Smigleccius, ita excipit: *Alia nomina κατ' ἑξοχὴν Christo tribui, quæ aliis etiam competant, licet minori quadam perfectione: At verbi nomen minime.* Sed falsum est, alia etiam Christi nomina omnia cum aliis illi esse communia, quæ munus respiciunt. Nemo enim Vita, Ianua, Resurrectio, Veritas appellatur, etiam si alii eadem fecerint, quorù causâ Christus ita appellatus fuit. Nam non minùs Apostoli quàm Christus vitam & resurrectionem & veritatem divinam hominibus patefecerunt, quàm Christus, & ita suo modo Ianua sunt hominibus ad vitam æternam, nec tamen unquam ita appellantur. Cujus rei ratio nulla est alia,

Non omnia nomina Christi aliis cõmunia sunt.



alia, præter eam, quam paulò antè indicavimus, quòd scilicet Christus excellentissimo modo ista omnia fecerit.

Argumentum tertium est: *Nomen Verbi nõ competi Spiritui sancto, qui nobis divinam voluntatem maximè exposuit. Ergo nec Christo ea de causa.* Ad hoc prolixè responsum est in Refutatione Monstrorũ a Smig. confictorum. Summa est: 1. Spiritum sanctum non esse personam. Itaque propriè eum divinam voluntatem exposuisse dici non posse. 2. Spiritum sanctum divinam voluntatem non exposuisse, sed tantum eam, quæ jam erat exposita a Christo, Apostolis in memoriam redeigisse, ut disertè Christus ait. Reliqua pete ex dicta refutatione.

Argumentum quartum est: *Ante carnem Christus a D. Iohanne vocatur verbum. Ergo non propter annunciationem divinæ voluntatis.* Hoc planè falsum esse, infra, ubi id docere conabitur Smiglecus, docebitur. Quamquam etiam ad id respõsum est in refutatione Monstrorum, non uno in loco.

Argumentum 5. est: *Quoties scriptura Christum Verbi nomine insignit, nullam vel minimam ab ipso expositæ voluntatis divinæ mentionem facit. Cum verò de patefactione voluntatis divinæ loquitur, non verbi, sed vel filii vel unigeniti illum nomine appellat.* Respondeo. Consequentia in priori rationis parte nulla est. Satis enim est, ita rem se habere, aliunde constare, vel alibi id scriptum extare. Quemadmodum Christus, ideo resurrectio appellatur, quod primus hujus beneficii certam spem mundo fecerit, licet ibi, ubi ita appellatur, hujus rei vel causæ nulla fiat mentio. Posterior pars rationis nulla etiam prorsus est. Tribui enim revelationem divinæ voluntatis Filio vel unigenito, dici potest, quia Filius ille vel Unigenitus sit illud Verbum vel ille Sermo, & hac ratione tacitè explicari, quare Sermo sit appellatus ille unigenitus Dei filius. Nam voces, Filium vel unigenitum esse, nihil cum revelatione commune habent: at vox Sermonis plurimum. Sermonem enim esse Dei, & Deum enarrare, verbis tantum differunt, re ipsa verò idem sunt.

Sensus, quem verbis Iohannis, *Unigenitus nobis enarravit*, tribuit Smiglecus, non tollit eum, quem nos illis tribuimus. Potest enim ratio dari, cur Christus & non Moses divinas veritates enarrare potuerit, qui sensus est a Smiglecio allatus, & tamen verum esse, Unigenitum ideo Verbum vel Sermonem appellari, quia Deum enarravit. Hoc enim istius consequens est. Quæ de loco 1. Ioh: 1. ubi Christum verbum vitæ appellari censet, differit, ea prætermittimus. Nos enim ibi non de Christo sed de ipsa vita æterna sermonem esse credimus.

Ratio Smiglecii, præter argumenta ex scripturis petita, est: *Christus ob*

Argumentum Smiglecii 3.

C. 26.

Responso.

Ioh: 14. 26.

Argumentum Smiglecii 4.

Argumentum Smiglecii 5.

Responso.

Argumentum Smiglecii 6.

Responſio,

*ſus ob revelatam voluntatem divinam legati munere functus eſt. Ergo Verbum eam ob cauſam non debuit appellari.* Reſpondeo, nullam hęc eſſe conſequentiæ rationem. Poſteſt enim idem, qui legatus appellatur, Verbum etiam ob eandem cauſam appellari, Legatus propriè: Verbum vel Sermo impropiè. Quemadmodum is, qui regis voluntatem exponit, legatus regis propriè, & Os vel Vox regis impropiè appellari jure poſſet.

Quo ſenſu Deus per Verbum locutus ſit ex mente Smigleciſ, non eſt quod moremur. Nihil enim hęc dicere poſteſt Smiglecius abſque cratta illa petitionis principii fallacia, quæ ab eo nunquam committi debet, qui alios docere veritatem præſumit. *Verbum, ait, divine nature reſpectu Verbum eſt.* Hęc verò natura in Chriſto divina demonſtranda priùs eſt Smiglecio, quàm eà ad diſtinguendum aliquid utatur. Verba, quæ addit, *Deus enim erat Verbum*, quàm ſint infirma ad probandum, quod eſt in quæſtione, infrà patebit. Nunc tamen uno verbo nodum ſeco: Aliud eſt, Deum eſſe, aliud eſt naturam divinam habere. Datur enim Deus, imò dantur dii multi, ii quæ veri, qui non habent naturam divinam.

Deum eſſe, & naturam divinam habere differunt

Docet etiam Smiglecius, Verbi nomen non pertinere ad humanam Chriſti naturam, nec ei, quàm homo eſt, tribuendum eſſe, Quia priùs de Verbo loquatur Iohannes ante carnem, & varia ei tribuat, quando, ubi, quid fuerit, quid egerit, quantum hominibus in eo poſitum eſſet, deinde v: 14. de eo, poſtquam caro factum ſit. Sed fruſtra facit omnia. Nam nos non dicimus, Chriſto ob humanam naturam, vel quàm homo eſt, tribui hunc titulum. nam qui ſic loquitur, is tacitè aliquid aliud in Chriſto concedere videtur, quoad naturam, præter humanam naturam: Sed dicimus, Chriſto, qui tantùm habet naturam humanam, & qui verus homo eſt, tribui nomen Verbi vel Sermonis propter Munus ipſius; & non opus eſſe propter hoc nomen aliam in illo naturam commiſci. Deinde totam hanc ſtructuram Smigleciſi deſtruimus, negando, Iohannem dixiſſe, Chriſtum vel Sermonem factum eſſe carnem. Nam tantùm dicit, Sermonem illum fuiſſe carnem, Vnde conſtat, Sermonem, vel eum, qui Sermo eſt, & carnem ſimul extitiſſe; & voce Sermonis munus, voce carnis naturam Chriſti vel unigeniti filii Dei iudicari. Et hoc veriſſimum eſſe infrà demonſtrabimus.

Quæ duo in ſine cap: concludit Smiglecius, ea vana eſſe jam apparet. Nam Chriſtum Sermonem Dei eſſe impropiè dictum, jam oſtenſum eſt: Naturalis autem aut conſubſtantialis & cœternus Deo Sermo an Chriſtus ſit, jam videamus.

V ER  
sub  
hoc cap  
net. E  
Sermon  
Sermon  
gleciſ ju  
put 3. p  
ſint futi  
diſſimur  
ria nativ  
Inep  
ptura De  
enim pro  
buitur,  
tur. Cũ  
pi. Potet  
ut de An  
tione, D  
pit, ex P  
eius, ipſe  
ris eſt ex  
intellige  
rum alle  
eſt. Nam  
poſterior  
beantur,  
quæ poſt  
firmati, e  
am elega  
pro eaden  
bente, om  
mandavi  
Deinde,  
revelat, j  
quia Deu

## CAPVT II.

## De verbo Dei ex mente Smiglecius naturali.

**V**ERBUM in Deo naturaliter existens, non esse accidens, sed consubstantiale & coeternum Deo, non creatum, non factum, quod hoc capite probare instituit Smiglecius ad rem nostram non pertinet. Esto enim id ita se habere, nisi probetur, Christum talem esse Sermonem Dei, vel, quod majus est, Iohannem eo sensu Christum Sermonem Dei appellasse, quid totum hoc valebit ad causam Smiglecius iuvandam? Itaque omissa hac inutili controversia, rectè ad caput 3. pergere possemus. Libet tamen quasi digito monstrare, quàm sint futilia plæraque, quæ hîc tractat Smiglecius, quæ tamen sunt solidissimum istius monstroræ, de Iesu Christi ante ipsius ex virgine Maria natiuitatem existentia, opinionis fundamentum.

Ineptè probat Smigli, in Deo esse naturale verbû, per id, quòd scriptura Deû loquentè & verbo suo omnia facientem introducat. Nihil enim prohibet, quominùs per verbum Dei, quod illi in scriptura tribuitur, & quo Deus omnia fecisse dicitur, mandatum Dei intelligatur. Cùm certum sit vocabulum *Verbi Dei* pro præcepto illius accipi. Potest autem Deus mandare aliquid sine ullo sermone, aut verbo, ut de Angelis credit Smiglecius. Et certè, cùm legitur de prima creatione, *Deus dixit*, aliud nihil intelligendum esse, quàm Deus præcepit, ex Psalmo, ubi ista verba etiam extant, colligi potest. Nam loco ejus, *ipse dixit*, repetitur, *ipse mandavit*, quæ altera versiculi pars prioris est explicatio. Quod idem etiam de aliis verbis ejusdem Psalmi intelligendum est, dum dicitur, *Verbo Domini cæli firmati sunt*. In quorum allegatione magna Smiglecius negligentia, si non astutia, notanda est. Nam quæ priùs dicta sunt, posterius recenset, & ita allegat, ac si posteriora alibi dicta essent, cùm tamen omnia in eodem Psalmo habeantur, & quæ priùs ascripsit Smiglecius, explicatio sint eorum, quæ posterius ascripta sunt, nempe Verbum Domini, quo cæli sunt firmati, esse id, quod Deus dixit vel præcepit, que madmodum id etiam eleganter Vatablus explicat, dum ait, *Verbum Dei & spiritus ejus pro eadem re dixit, q. d. præcipiente Domino cæli facti sunt, & eodem iubente, omnis ornatus eorum.* & infra super v. 9. *ipse dixit, & facta sunt, mandavit, & creata sunt*, sic scribit, q. d. omnia solo suo nutu creauit. Deinde, præter præceptum Dei, potest is etiam, qui voluntatem Dei revelat, jure Sermo appellari, ut videmus a Iohanne Iesum Christum, quia Deum nobis enarravit, *Dei sermonem* vocari. Unde corrui, quod

Smiglecius extra  
oleas vagatur.

Verbum Dei præ  
cepto Dei.

Psal: 33.

Vatabli testimo-  
nium.

de spi

de spiritali verbo Dei, quo scilicet omnia creata sint, otiosè differit Smiglecus.

Porro puerilis sanè est ista Smiglecii & aliorum conjectura, qui ex eo, quòd Deus dixisse aliquid legatur, colligunt, eum verba illa ad aliquid direxisse. Nam si vox verbi pro præcepto sumatur, quod jam & ratione & auctoritate hominis Pontificii ostendimus, parum nè constat, non necesse esse ista ad aliquid directione verbi Dei?

Quòd verò ex eo, quòd Deus dixit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, Smiglecus unà cum suis Patribus colligit, Deum personas divinas esse allocutum, & hinc porro pluralitatem personarum in divinitate, & rursus ex eo, quod dicitur: *& creavit Deus hominem ad imaginem suam*, unitatem naturæ harum personarum asserit, ea & Philosopho & Theologo Doctore digna est argumentatio, scilicet. Præterquam enim, quòd sine allocutione alterius cujuscumque Deum de seipso ita loquutum fuisse dici potest figuratè, quid est principium petere, si hoc non est? Quæ porro consequentiæ vel levissima verisimilitudo? *Faciamus* dixit Deus, Ergo in Deo sunt tres personæ? Num omnis numerus pluralis trinitatem infert, & non potius quaternitatem veletiam majorem numerum?

Non omne quod Deo consubstantialiale est, persona est.

Præterea quòd verbum Dei idem esse ait cum Deo, & ipsi consubstantialiale, id nihil prorsus juvare potest Smiglecium, nisi probet, verbum ita in Deo esse, ut simul sit persona. Sunt enim idem cum Deo, & Deo consubstantialia, sapientia & justitia illius, adeoque ipse Deus ex mente Smiglecii, nec tamen personæ sunt. Deinde etiam falsum id est. Nam cum verbum Dei, præceptum illius significet, quis non videt, Dei præcepta non esse idem cum Deo, & Deo coessentialia? Poterant enim, ut facta sunt, ita non fieri, ut pote quæ a liberrima Dei voluntate pendebant. Et nonne ipsa ratio docet, aliud esse id, in quo aliquid inest, & aliud id, quod in aliquo est? At habet Theologorum pronunciatum Smigl. Quicquid in Deo est, Deus est. Vnde verò hoc pronunciatum depromserunt Theologi? Certè sacra scriptura id nusquam affirmat, nec tale quid ex ea deduci potest. Hæc hæc illa corruptela est, quæ semel admittà, unà cum Theologia Philosophia etiam ipsa vim passa est, & coacta id admittere & defendere, quod nunquam ab antiquissimis Philosophiæ autoribus dictum aut cogitatum fuerat.

Non omne, quod in Deo est, Deus est.

Sed audiamus probationes hujus pronunciatii Theologorum? Nam, ait Smiglecus, *& de charitate, quæ in Deo est, dicit Iohannes, Deus charitas est, & de luce, Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Quod si charitas in Deo Deus est, verbum quoque in Deo Deus erit.* Sed probandum

bandum erat Smiglecio, Iohannem propriè loqui, cùm ait, *Deus est charitas, Deus est lux*. Possunt enim verba ista sic accipi, quòd Deus sit autor charitatis, & quòd sit similis luci, hoc est, purissimus & sanctissimus, quod oppositio etiam *tenebrarum* manifestè docet.

Nec etiam si diversimodè Deus, & ea, quæ in Deo sunt, considerari possint, statuendum est, in Deo esse aliquam imperfectionem, ut de Deo nimis liberè philosophatur Smiglecus. Nam per rei naturam aliter esse non potest, quàm ut essentia a proprietatibus suis diversa sit. Nec, quicquam absurdi in eo esse, dici potest, si quædam in Deo, ut accidentia, considerentur, quæ scilicet ita ab ejus voluntate pendent, ut, quemadmodum facta sunt, sic poterant non fieri, ut, inter alia, est creatio mundi. Sed de his nunc nolo plura dicere, cùm, ut ab initio capituli dictum est, ista philosophica disputatio ad nostrum propositum minimè faciat.

Dignum autem patellâ operculum est, quod sub finem hujus capituli addit Smiglecus, quòd Iudæi doctiores de Verbo, per quod Moses omnia facta esse dicit, crediderint, illud, primogenitum Dei filium fuisse: et hanc opinionem a Iudæis ad gentiles etiam dimanasse. Hinc enim cognoscere potest lector cordatus, quid de filio Dei præterno statuendum sit, nempe putidum istud commentum esse hominum, qui Deum vel non benè norunt, vel profus ignorant.

## CAPVT III.

*An verbum Dei naturale sit persona & filius Dei.*

VERBUM vel sermonem, illum scilicet essentialem, esse personam & unicum Dei filium adversus nostros ostendere hoc capite conatur Smiglecus. Sed admodum infelici successu. *Verbum, ait, est persona. Quia verbum est ipsa Dei substantia. Substantia autem Dei est per se subsistens, quia Deus est quid per se subsistens & persona*. Sed omissio vel cõcesso, eo quòd in Deo verbū sit naturaliter, nonnè sapientia & iusticia sunt ipsa Dei substantia, ex mente Smiglecii, nec tamen sunt personæ? Ad quod nihil solidi respondet nec respondere unquam potest Smiglecus. Tantùm, quid subtiliter Theologi ipsius, ex sanctorum Patrum sensu, de differentia inter Verbum & Amorem, & inter alia Dei attributa sentiant, paulò post commemorat. illa nimirum personas constituere, hæc verò minimè. Sed meminisse debebat Smiglecus, sibi cum adversariis rem esse, qui Patrum istorum autoritate non moveantur quicquam, dum vident illos ea affirmare, quæ scriptura nusquam affirmat, & quæ illi sunt contraria. Et sanè inter o-

Verbum in Deo  
non est persona.

omnia argumenta illud infirmisimum esse, quod ab autoritate humana ducitur, notius est, quàm ut probari debeat.

Parat deinde responsionem ad id, quòd dicimus, personam in persona esse non posse; unde scilicet sequatur, Verbum in Deo naturaliter existens, non esse personam, quia in Deo sit, hoc modo: *Non omni ratione absurdum est, personam in persona esse. Nam & Deus in hominibus est, & Christus in Patre fuit, & Deus per essentiam in omnibus rebus creatis, a Theologis dicitur.* Sed quis non videt infirmitatem, imò manifestam falsitatem instantiarum? Nec enim Deus personam suam est in hominibus; alioquin sequeretur, homines personam suam esse vicissim in Deo. cum non minus dicatur, homines in Deo esse, quàm dicitur, Deum esse in hominibus. Deus autem in hominibus, & homines in Deo esse dicuntur, loquendi modo sacris literis usitato, quia Deus hominibus adest, & homines cum Deo conjuncti sunt. ut aperte dicit Iohannes, *In hoc scimus quòd (Deus) manet in nobis, ex spiritu, quem dedit nobis.* & iterum: *In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis. quoniam de spiritu suo dedit nobis.* Quod idem etiam de Christo, licet modo multò excellentiori, intelligendum est. De omnibus autem rebus creatis id ita accipiendum est, quòd Deus omnia foveat suam potentiam & benignitate. alioquin sequeretur, Deum personam vel essentiam suam ibi esse, ubi eum esse, vel cogitare blasphemium est, adeoque in ipsis dæmonibus.

Bene autem habet, quòd Theologi nempe pontificii sentiunt, Deum per essentiam in omnibus rebus creatis esse. Iam enim, illud falsum esse, credere, nihil prohibet. Hi namq; Theologi Pontificii nihil non credunt & asseverant, dummodo ipsorum ecclesie placita obtineant; & in eorum gratiam tota vera philosophia in pseudophilosophiam conversa est, & talia axiomata conficta, quæ nec Theologica sunt nec Philosophica. Quod enim (ut hoc nunc perstringam obiter) philosophia in eo est documentum, dum dicitur, ut refert Smiglecius, Deum in omnibus rebus creatis esse per essentiam, præsentiam, potentiam? An non satis erat dicere, Deum esse in omnibus rebus creatis per essentiam? cum, ubicunque Dei est essentia, ibi etiam necessariò sit ejus præsentia & potentia.

Porro cum modum exponit Smiglecius, quo persona in persona esse nequeat, qui est, si persona sit in alia cum dependentia in existendo; verbum verò non isto modo in Deo esse asserit, sed per communem & eandem cum Deo essentiam & naturam, quid aliud facit, quàm quòd, crassa petitione principii, & asseveratione ejus, quod ipse tantum contra omnem veritatem verum esse affirmat, veritatem obscurare nititur?

J. Ioh: 9. 24.  
& 4. 13.

Quomodo Deus  
in hominibus sit,  
& homines in  
Deo.

Dum verò ait, ita propter communem Dei & Verbi naturam, & Verbum in Deo & Deum in verbo esse, quemadmodum, si duorum hominum una eademque esset, anima in duobus corporibus, unus in alio esse & habitare propter communem animam diceretur, quid aliud facit, quàm quòd causæ suæ prodit summam falsitatem? Ut enim una eademque anima in duobus corporibus esse nequit, & falsissima est hæc hypothesis per se & naturâ suâ, sic etiam falsissimum esse censendum est, quod huic simile somniat Smiglecus. Appellent igitur hoc suum commentum, quomodo velint Patres, commentum nihilominus plusquàm absurdum *πρὸς ἁλώσις* ista censenda est.

Probat porro, Verbum in Deo existens esse ipsum Dei filium hoc modo: *Quod ex Dei substantia simile in natura generatur, est verus Dei filius. Verbum autem ex Dei substantia simile in natura generatur. Est igitur Verbum verè Dei filius.* Sed falsa est primùm propositio. Tacitè enim principium petit, sine qua fallacia difficile aliquid dicere potest Smiglecus, quasi ex substantia Dei aliquid generari possit. Nam si nihil ex ea generari possit, quomodo simile in natura ex ea, & proinde filius generari potest? Non posse autem quicquam ex substantia Dei generari, hinc etiam præter alia patet, quòd non posset nisi substantia ex ea generari, alioquin generatio illa esset indigna Deo, utpote humanâ inferior. Iam si substantia ex Deo generaretur, substantiam illam Dei substantiæ parem esse necesse esset, alioquin generatio esset valdè imperfecta. Datâ substantiâ Dei substantiæ pari, nonné unitas substantiæ, quam omnes in Deo agnoscunt, aboleretur; vel si substantia substantiæ Dei par generari posset, nonné eadem substantia generata, aliam etiam substantiam generare posset, & ita haberemus substantiarum divinarum adeoque Deorum multitudinem? Præterea nonné ex mente Smiglecii, similis in natura ex Dei substantia generatur vel producitur (quæ ipsemet Smiglecus pro uno & eodem in mox sequentibus accipit) Spiritus sanctus, qui tamen non est filius? Falsa etiam est assumptio, nec hætenus ullo argumento a Smiglecio comprobata. Quid igitur ex præmissis tam incertis certi concludi potest? Et sanè mirum est, Smiglecium ita dormire in re, quæ tam ardua ei videtur. Posito enim hoc argumento, tantùm hoc addit: *Id quod in hunc modum declarari potest. Quasi scilicet satis sit declarari argumenta, & non potius valida opus fuerit probatione. Sed & ipsa declaratio qualis sit videamus: Etenim, ait, verbum sine generatione seu productione ne intelligi quidem potest. Esse enim verbum, est produci a dicente: imò ipsum dicere, est verbum producere, idemque est negare, produci verbum & dici. Quare sicut fieri non potest, ut verbum sit, &*

Vna anima non potest esse duorum corporum.

Cur ex substantia Dei nihil generari possit  
Causa 1.

non dicatur, ita possibile non est, verbum esse, nisi producat. At his omnibus neque, quomodo id, quod ex substantia Dei simile in natura generetur, sit verus Dei filius; nec quomodo verbum ex Dei substantia, simile in natura generetur, quæ declaranda erant, declaratur, sed aliud, quod ad rem nihil facit, narratur. Quomodo igitur non pro impostura potius habenda sunt, quam pro declaratione?

Sed fortasse presidium ponit Smiglecus in sequentibus, dum ait: *Porrò verbum non ita producit in Deo, ut sit quid extraneum a Dei substantia. esset enim accidens Dei; sed ut quid consubstantiale Deo & Dei substantiam continens. Quocirca necesse est ex Dei substantia generari. Divina verò substantia cum partes non habeat, nõ potest nisi tota a verbo haberi. Quod si tota Dei substantia est in verbo, necesse est, verbum simile esse Deo in natura. Quidni enim Deo simile sit, cum totam Dei essentiam in se complectatur? Verbum igitur in Deo ita producit, ut sit in natura Deo simile, & ex consequenti ita, ut sit Filius Dei. Quid enim aliud ad Filii generationem requiritur?* At hæc omnia falsa sunt. Nam verbum in Deo produci, nempe naturaliter, nec ulla scriptura testatur, nec ratio denique suadet. Consubstantiale etiam aliquid Deo produci, quod sit per se subsistens, vel aliquid ex substantia Dei generari, simplicitati & unitati numericæ substantiæ divinæ prorsus repugnat. Totam substantiam divinam a verbo haberi contradictio est. Nam si totam substantiam divinam habet verbum, jam eam non habet Pater, aut saltem Verbum erit ipse Pater. Et si ad constituendum verbum vel filium Dei requiritur tota substantia divina, certum est nullum esse talem Dei filium, qualem fingit Smiglecus. Porrò si verbum habet totam substantiam divinam, quid impedit, quominus ipsū etiam verbum a deo q; spiritus sanctus aliud verbum ex se producat, & totam substantiam suam in alium transferat, quemadmodum Pater id præstare potest? Nam si idem de Verbo & Spiritu sancto, quod de Patre prædicari nequit, quomodo eandem habent substantiam, quam Pater? Si verò idem prædicari de illis potest, quod de Patre, quale nobis chaos in substantia Dei pepererint isti pseudophilosophi, cogitet prudens lector.

Non impossibile etiam esse ait Smiglecus, aliquid ex Dei substantia generari. Sed nihil respondet ad id, quod nos perpetuò objicimus, substantiam Dei esse numero unam, & simplicissimam. Hoc enim firmo stante, quod non potest non esse verissimum, falsum semper est, aliquid ex Dei substantia generari. Numero enim unum esse, & ex se aliquid generare, contradictionem implicant.

Quod verò ait, hoc esse, filium esse: Patris sanguinem vel substantiam



stantiam participare, esseque carnem de carne patris, sanguinem de sanguine, substantiam de substantia, in eo limites Theologiae transcendit, & de Deo ex rebus physicis iudicium nimis imperite facit. Alia enim generatio est eorum, quæ specie unum sunt, quæ in eo, qui numero unum est, locum nullum habere potest.

Denique totam substantiam Christo communicatam esse affirmat quidem constanter, sed quomodo ex eo non sequatur, Patrem esse filium, probat infirmissime, dum ait: *Hoc enim est impossibile, cum alia sit persona Patris, alia filii: sed tota essentia Patris communicatur salva hypostasi & subsistentia Patris, quæ necesse est, ut differat a filio, quemadmodum in essentia unum est cum filio, &c.* Videntur, quàm frigide quàm turpiter desinat ista sophistica demonstratio, hoc est, quomodo non probetur, fieri posse, ut tota substantia Patris, quæ numero una est, cum filio communicetur, & tamen filius non sit Pater? Quod etiam animadvertens Smiglecus, tandem ita rem totam concludit: *Quaquam cum mysterium hoc altissimum sit, & omnem rationem superans (generationem enim ejus quis enarrabit?) non demonstrationes a nobis requirendæ sunt, sed adversæ obiectiones refellendæ, nihilque in eo, quod fide credimus, contradictionis inesse ostendendum.* Mysterium nullum est Christi ex Patris essentia generatio, sed vanissimum hominum otiosorum commentum: Nam si mysterium, quod fide credendum sit, esset, sacra scriptura id omnino nobis panderet. Hæc verò nihil unquam ea de re meminit. Verba Esaïæ: *Generationem ejus quis enarrabit*, nihil prorsus ad istud commentum pertinere, in refutatione Monstrorum docuimus. Demonstrationes porro in omnibus requirendæ sunt, quæ salutem concernunt. Hinc, quia demonstrationes a se requiri non vult Smiglecus, in hac de Christi ex substantia Dei generatione controversia, concludi jure id saltem potest, eam non esse ex numero illorum, quæ ad salutem pertinent. Quia verò a contradictione etiam istam opinionem vindicare non potest Smiglecus, nec veram eam esse, jure pariter credi potest.

Generatio Dei non est similis humanæ.

Mysteria, quæ sunt credenda necessario, omnia in sacris literis habentur.

Dogma de generatione ex substantia Dei, nec necessarium, nec verum.

### CAPUT IV.

*An Christus sit Verbum, quod in Deo naturaliter existit.*

**H**ic Christum esse illud Verbum, quod naturaliter in Deo existit, per quod facta sunt omnia, docere annitur Smiglecus tribus argumentis. 1. est: *Christus est proprium Verbum vel proprie dictum Verbum. Ergo est illud, quod in Deo naturaliter existit.* Negatur antecedens. Nam nec Verbum a Iohanne Christus est appellatus, sed Ser-

Argumentum Smiglecii 1.

Responsio.

mo; nec insolens est, Christum ab Apostolis appellari nominibus improprie: imò delectari videtur sacra scriptura improprie loquendi modis, nempe vel Metaphoricis, vel Metonymicis, ut ab initio hujus Refutationis docuimus. Probat antecedens Smiglecus, dum ait: *Si rem aliquam antè nominasset Iohannes, quàm diceret esse Verbum, esset verisimile, verbi nomen non propriè sed accommodatè ad eam rem cui tribuitur, accipi posse. At cum nullam rem aliam nominat, cui Verbi nomen tribuendum esset, neesse est Verbi nomen secundum se & secundum suam propriam & essentialè rationem ab eo usurpatum esse. Quoties enim absolutè & absque ulla restrictione vocibus utimur, semper eas in nativa & propria significatione sumimus. At hoc totum futilissimum est, quod tam verbosè a Smiglecio tractatur. Nam verbum neque potest ita absolutè considerari, ut non semper subintelligatur is, cuius est verbum, hæc enim natura relatorum est; & licet de verbo loqui videatur Iohannes absolutè, eum tamen de persona, quæ sit & dicatur verbum, loqui, & tantundem valere ipsius verba, ac si dixisset: Is, quem sermonem ob certas causas appello, nempe Iesus Christus, fuit in principio, & fuit apud Deum, & fuit Deus, prorsus statuendum est. Nam quem ab initio per non paucos versiculos Sermonem appellavit, eum deinde v: 17. Iesum Christum disertè appellat, tacitè indicans, Iesum Christum esse illum, de quo antea tam multa sub voce Verbi improprie locutus fuerat.*

Ex his porro videre est, quo jure defendat Smiglecus Skargam, qui dixerat, verba prophetarum non esse propriè verbum Dei, quod in eo reprehenderat D. Moscorovius. Æquivocatione laborare Moscorovium ait Smiglecus, qui scilicet non distinguat inter verbum Dei, quod tale est significativè, & aliud, quod est propriè Dei verbum. Ipse verò potius crassa sua principij petitione laborat, qui scilicet verbum aliquod Dei proprium, idque Christum esse fingit, quod nunquam ostendet. Tam verò propriè sunt verbum Dei, verba prophetarum, quàm Christi. Nam tam illa quàm hæc voluntatem Dei exponunt, licet non pari ratione; & quia modo perfectissimo primus divinam voluntatem effatus est dominus Iesus, jure suo verbum Dei, licet non isto proprio modo, quem Smiglecus fingit vel statuit, appellatur.

Argumentum 2. est. *Iohannes, cum initio Evangelii de verbo agit, Verbum illud in Deo existens intelligit. Atqui hoc ipsum Verbum ait esse carnem factum & unigenitum Dei filium. Ergo illud Verbum in Deo existens vult Christum esse. Probationem majoris instituit quidem Smiglecus, sed tamen eandem ad sequentia differt. Itaque, ne actum agamus,*

Quemnam D. Iohannes sermonem appellat.

Argumentum Smigleci 2.

mus, nos etiam ad sequentia responsionem differimus. Nunc hoc tantum dicimus, Smiglecium cum suis gravissimè errare, quia ea, quæ Iohannes dicit de Sermonem, qui est Iesus Christus, ad verbum aliquod Dei proprium torqueant. cum certum sit, Evangelium & ejus prædicationem ad captum omnium hominum accommodata omnino esse. Hæc verò omnia, quæ de Verbo Dei proprio argumentatur Smiglecus, paucissimos capere posse, ipsa satis superque testatur experientia. Et (si rei possibilitate vel verisimilitudine agendum est) multò verisimilius est, ea omnia, quæ Iohannes initio Evangelii de Sermonem scribit, ad Christum Iesum hominem referenda esse, quia ea omnia Sermoni Dei, qui est Iesus Christus, verissimè competant. Iesus enim Christus improprie dictus Sermo, Deus erat, quia divinum munus gerebat, & Dei personam sustinebat: Iesus Christi homo in principio fuit apud Deum: Quia tunc, cum Evangelium inciperet, vel soli Deo cognitus fuit, vel etiã cum ipso Deo conversatus est: Iesus Christus homo is est, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est, quod factum est, quia omnia, quæ cunque ad totum Evangelii negotium pertinebant, & imprimis divina miracula, Christi opera effecta sunt; & qui præter illum, aliquid ad illud implendum contulerunt, non sine ipsius id præstiterunt potestate. Iesus Christus homo est, in quo vita fuit. Nam & ipse vitam æternam annunciavit, & ipse vitæ æternæ dator futurus erat. Si dicat Smiglecus, hæc a me ita nudè dici non debere, agnoscat se, isto modo agendi & veritatem oppressam vel saltem obscuratam sublevandi & illustrandi occasionem mihi, suo nudè etiam aliquid dicendi modo, justam dedisse.

3. Argumentum est. *Christus est unigenitus Dei filius, Verbum autem in Deo existens est Dei filius, Ergo aut duo sunt filii Dei; Christus & verbum, aut Christus est Verbum illud in Deo existens.* Formam argumenti lectori prudenti examinandam relinquo, præsertim in tanto Sophista: Materiam vitiosam esse affirmo. Nunquam enim demonstravit Smiglecus, verbum in Deo existens, esse filium Dei, nisi quibusdam sophisticationibus & conjecturis. Quas conjecturas dum iterum autoritate Iudæorum & gentilium commendat, parum considerat, quàm malè suæ causæ apud eos consulat, qui in rebus tanti momenti, sola sacrarum literarum manifesta autoritate convinci, ut debent, ita volunt.

Firmum igitur esto, quia verbum illud proprium, in Deo existens naturaliter, filius Dei non est, filium Dei nullum alium esse præter & ante Christum, ex spiritu sancto conceptum & ex virgine Maria natum. Hunc enim verè & proprie (quatenus in Deum id cadere potest)

Explicatio verborum Iohannis.

Argumentum Smiglecii 3.

potest) & disertissimè sacra scriptura Filium Dei appellat: at præter illum neminem; & huic omnia nomina, quantumvis sublimia, competunt & debentur. Reliqua non persequimur. jam enim semel dicta & refutata sunt: Smiglecium reprehendimus, qui toties eandem rem absque omni necessitate iteret.

## CAPVT V.

*Quid Johannes per principium intelligat.*

Vox Omnia restringenda.

Vox Mundus, quid significet.

Ante mundum esse, & ab æterno esse, differunt.

Titulus capitis est: *Verbum in principio & ante omnem rem creatam extitisse, docet Iohannes.* Respondeo: Miscet verum falso Smiglecium. Prius enim Iohannes docet, posterius minimè. Sed Smiglecium id docere nititur. Videamus quomodo. *Verbum, ait, fuit in principio, hoc est, primum & ante omnia.* Concedo istam explicationem. sed *primum & ante omnia* nego  $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$  esse accipienda. Nam satis est ad id, ut verbum fuerit primum & ante omnia, si dicatur, primum & ante ea omnia illud fuisse, de quibus sermo est, nempe quæ ad Evangelium spectant. Nam & hæc certo modo *omnia* dici possunt. Sed approbat explicationem suam Smigl: dum ait: *per verbum mundus & omnia facta sunt.* Ergo *Verbum ante mundum & omnia fuit.* Concedo iterum quod vult Smiglecium, sed ut vocem *omnia*, sic etiam vocem *mundi* restringendum esse dico, ut non machinam cæli, & terræ, sed vel homines, vel etiam futurum mundum significet, ut infra docebitur. Hoc enim utrumque præter illam tertiam significationem, vox *mundus* a libi etiam significat. Videt igitur Smiglecium, & lector benevolus, nullam æternitatem a divo Iohanne verbo vel Sermoni tribui.

Vanum porrò ponit laborem Smiglecium, in eo, quòd probat, Ante mundum existere, significare æternitatem. prius enim probandum erat, Iohannem dicere, Christum fuisse ante mundi hujus aspectabilis, nempe cæli & terræ, creationem. Quanquam nimis ineptè & insulsè probat Smiglecium, idem esse in scriptura *ante mundum esse & ab æterno esse.* Nam quòd ait, *Nihil enim creatum ante mundum extitit, & quicquid ante mundum extitit, proculdubio increatum est, ac ex consequenti præ æternum,* miror homini docto ita incautè excidisse. Nonnè enim angeli ante mundum creatum fuerunt, nec tamen præ æterni sunt? Sunt enim Dei creatura. Creatos autem ante mundum conditum fuisse, tum ex eo apparet, quòd Moses mundi creationem describens, nullam eorum mentionem faciat, facturus proculdubio, nisi jam antea creati fuissent: tum ex eo, quòd statim, postquam homo creatus fuit, jam præstò illi aderat Diabolus. unde constat

constat, lapsum illorum & peccata creationem humani generis & mundi omnino anteceffisse. Testimonia verò sacrarum literarum, quæ affert Smiglecius, non nisi per summam audaciam ita explicari possunt. Nihil enim prohibet, quò minus Deus certo tempore, antequam mundum crearet, & de Christo mittendo, & nobis per eum servandis cogitare cæperit, quemadmodum certissimum est, Deum certo tempore mundum & creasse, & de eo creando cogitasse. Imò ista verba sacrarum literarum avocant nos ab ista omnis prææternitatis (ut sic dicam) cogitatione, dum ita disertè, & Christum gloriam apud Patrem habuisse, antequam mundus esset, & dilectum vel præcognitum ante mundi constitutionem, & nos in ipso electos esse ait ante constitutionem mundi, vel, gratiam nobis datam esse ante tempora secularia, quod idem est. Itaque evanescit ista Patrum puerilis annotatio, quòd Verbum in principio, non demum esse cæperit, sed jam fuerit. Quis enim ita amens est, ut aliqua Patrum annotatione ea in re opus habeat, quam sana ratio dicat? Nam si de aliquo prædicatur, eum fuisse in principio, jam hoc ipso conceditur, eum tunc fuisse. Et nos etiam contendimus, Verbum fuisse, non cæpisse aut factum esse, in principio: Sed quodnam principium illud sit, in quo Sermo fuerit, hoc considerandum & probandum relinquitur.

Iohannem de principio Evangelii loqui, quod nos affirmamus, absurdam appellat, & hucusque inauditam expositionem. Sed inauditum esse dici non potest, nisi quis, quid omnes hoc de loco senserint, cognitum habeat. Quod equidem dubito, an rectè sibi arrogare possit Smigle. Sed sit inaudita hucusque, modò sit vera. Quamquam inauditum esse nullo modo potest, quod sacris literis fundatur, & ex illis petitur. Et etiamsi per non pauca secula non auditum sit aliquid, non tamen propterea repudiandum est, nisi probeatur, nullam in Christiana religione corruptionem accidere potuisse vel debuisse. Hoc verò quia sacris literis repugnat. hæc enim ab ipsis statim Apostolorum temporibus multa de insigni & universali quadam veritatis Evangelicæ obscuratione & corruptione prædicant & prædicunt, quid mirum est, multa per aliquot secula non fuisse audita, quæ ad veritatis Evangelicæ corpus constituendum pertinent? Sed absurdam esse docet Smig. *Quòd hic materia subjecta proxima non sit Evangelii, sed Verbum, seu Verbi ante omnia & ante mundum existentia. Describitur enim Verbum, quatenus per illud mundus & omnia sunt facta, idque antequam caro factum esset, &c.* At quis non videt, quàm absurda sit responsio Smigle. Negat id, quod ipsa res loquitur. Nonné enim id sub-

Ioh: 17. 5, 24.  
1. Pet: 1. 20.  
Ephes: 1. 4.

2. Tim: 1. 9.

*Infirma Smigle  
refutatio.*

Act. 20. 29.  
2. The: 2. 3, 6.  
1. Ioh: 2. 13.  
& 4. 1, 7.

jecta materia proxima est, de quo aliquis scriptionem instituit? At Iohannem, Evangelii scriptionem instituisse, qui negare velit amplius, is non argumentis sed medicamentis opus haberet. Iam verò an ad Evangelium pertineat, Verbum Dei naturale & creatio per id facta, docendum erat Smiglecio, non verò affirmandum, subjectam materiam scriptionis Apostolicæ esse Verbum & ejus ante omnia existentiam. Hoc enim est nimis crasse principium petere. Cùm nunc quærat, an Verbum extiterit ante creationem hujus mundi, & an dictum sit a Iohanne, Verbum fuisse, antequam caro factum esset.

Objicit porro sibi nostram explicationem verborum Iohannis: *Mundus per eum factus est*, hoc est, reformatus, & eam refutat. Sed frigidè & ineptè. Nam & illud reformatum esse dici potest, quod, quomodo reformatum sit, per eum non stat, qui reformationi ejus studet, & cui reformatio illa tribuitur, etiamsi effectus ipse reformationis non consequatur. Quomodo etiam omnem hominem Christus illuminasse dicitur: & Servator mundi ipse appellatur, & Carnem suam pro mundi vita dedisse legitur.

Concedit præterea, Evangelium dici posse materiam remotam, sed non addit, cujus rei, ut dolus lateat. Si verò addatur, *scriptionis Apostolicæ D. Iohannis*, nemo non videbit, propriissimam & proximam hujus scriptionis Apostolicæ divi Iohannis materiam esse Evangelium, reliqua verò omnia remotiorem materiam, si modò materia dici debent.

Quod verò ait: *Verum in Evangelio non ea solum tractantur, quæ Evangelii tempore acciderunt, sed sæpe repetuntur ea, quæ multò ante Evangelii tempora contigerunt*, id nihil ad rem facit. Nemo enim negat, describi posse in Evangelio ea etiam, quæ ante illud acciderunt, certo scilicet respectu: sed quæritur, an tractari ex professo debeant, & an non sit verisimile, eum, qui describens Evangelium, dicit, aliquem fuisse in principio, illud de principio non absolutè, sed certo respectu intelligere, nempe illius rei, quam scribere aggreditur. Et satis est ad sententiam Smiglecii refutandam, nihil absurdi esse in eo, quod nos affirmamus, ut certè nullum prorsus est.

Quæ Matthæus & Lucas de Christi genealogia, & Marcus de prophetia Elaiæ, in qua Iohannis Baptistæ, qui præcursor Christi fuit, mentio fit, scribunt, ea suo modo pertinere ad Christi Evangelium, manifestum est. Nam nisi doceatur, Christum esse filium Davidis & Abrahami, Christus non esset; nisi etiam doceatur, Eliam venisse ante Messiam, multum decederet veritati divinæ, At Christum creasse caelum &

Quomodo Mundus per Christum factus sit.

Ioh: 1. 9.  
1. Ioh: 4. 14.  
Ioh: 6. 51.

Christi genealogia & alia, quomodo ad Evangelium spectent.

lum & terram, & fuisse ab initio omnium rerum, de Christo dici non potest, nisi prius probetur, hoc etiam ad Christum constituendum vel cognoscendum pertinere, quod sanè, si non falsum, saltem valdè controversum est. cùm Messias esse possit, etiamsi cælum & terram nunquam creaverit.

Quanquam hïc non, quid ab eo, qui Evangelium describit, scribi possit ad illud pertinens, quæritur, ut astutè terminos & statû quæstionis mutans, differat Smiglecius: Sed, an credibile sit, eum, qui Evangelium describit, per vocem *principii* principium omnium rerum absolute intelligere, & non potius principium illius rei, quam describere proposuit, perpetuò controversetur.

Refellit porrò aliis etiam argumentis hanc sententiam nostram Smiglecius. 2. igitur argumentum est: *Iohannes loquitur de Verbo in Deo existente, ut ostensum fuit. Hoc autem non primum in principio Evangelii, sed ante mundum conditum extitit, &c.* Sed quemadmodum Smiglecius ostensum a se esse ait, Iohannem loqui de verbo in Deo existente, sic etiam nos dicimus refutatum a nobis id esse. Deinde etiamsi Iohannes de verbo in Deo existente loqueretur, hinc tamen non sequeretur, eum per principium non intellexisse principium Evangelii. Potuit enim de eo, quod erat in principio (ex mente Smigleccii) simpliciter, dicere, quodd esset in principio, certo respectu, quem nos verbis illis subesse affirmamus.

Argumentum tertium est. *Iohannes loquitur de Verbo ante carnem, cùm apud Deum tantum, non apud homines esset, &c. Verbum autem antequam caro esset, non in principio Evangelii sed multò ante Evangelium fuit.* At hoc argumentum nititur falsa scripturæ allegatione. Nusquam enim dicitur, Verbum fuisse ante carnem: sed tantum dicitur, Verbum fuisse carnem. Vnde colligi potest, Verbum semper fuisse carnem. Sed de hoc plura infra, ubi de translatione verborum Græcorum, *ὃ λόγος ὁ ἀρχὴ ἐγένετο*, disputandum nobis erit. Quæ ita importunè jam bis aut ter obtrudere Smigleccium, videat lector cordatus, quo sine factum dici possit.

Argumentum 4. *Iohannes agit de Verbo, per quod mundus & omnia facta sunt. Atqui verbum ejus modi non in principio Evangelii, sed in principio mundi esse oportuit.* Sed ad hoc argumentum jam antè responsum est, & ostensum, vocem *mundi* præter cælum & terram alia significare, & vocem *omnia* non universaliter, sed generatim sæpissimè accipi, & ita de principio Evangelii intelligi posse omnia.

Argumentum 5. est: *Verbum, de quo Iohannes loquitur, erat Deus, per quem mundus & omnia facta.* At autor omnium Deus in principio

Scatum quæstio-  
nis mutat Smi-  
glecius.

Refutatio 2. ar-  
gumenti.

Refutatio 3. ar-  
gumenti.

Refutatio 4. ar-  
gumenti.

Refutatio 9. ar-  
gumentum.

*Evangelii esse non cepit, &c.* Hoc verò idem est cum præcedente, si ita concipiatur, ut fecit Smiglecus. Si verò ex voce sola *Deus* confletur, æquivocatione crassa laborat. Deus enim is etiam esse potest, qui non est creator omnium, & de tali Deo dici potest, eum in principio Evangelii fuisse. Terminos etiam mutat Smiglecus, dum pro *fuisse* hinc & alibi reponit, *esse cœpisse*. Nos enim non dicimus, Sermonem, in principio esse cœpisse, sed fuisse. Denique aliud est, ut sæpe indicandum nobis est, autorem esse omnium rerum, & eum esse, per quem omnia facta sint.

Refutatio 4. ar-  
gumentum.

Argumentum 6. est: *Iohannes de Verbo pronunciat, In ipsa vita erat. Atqui in nulla caduca re & temporali vita nostra æterna posita est.*

Respondeo. Primum vita in aliquo esse potest æterna, quatenus illi annunciatio illius commissa est. Hoc verò de re caduca & temporali, hoc est, de homine mortali dici non tantum posse, sed etiam ut dicatur, valde conveniens esse, constat. Cùm rectissimè cognitio rei incognitæ per hominem (qui, quatenus homo, non potest non esse caducus & temporalis) hominibus dari possit. Hinc illa: *Per hominem mors: per hominem resurrectio*: per unum hominem omnes damnantur: per unum hominem omnes iustificabuntur. Deinde vita quidem æterna in nulla re caduca & temporali posita est naturaliter: posita tamen esse potest, si Deus ita velit; & ut posita sit, Deum velle, qui nescit, is Christum non benè cognovit. Dedit enim potestatem iudicium faciendi Deus Christo, quia filius hominis est. Porro etiam si Christus homo nunc esse dicatur, restamen caduca nullo modo appellari potest, cùm factus sit in spiritum vivificantem, & mors amplius ei non dominetur. Sed denique quid hoc facit ad propositum Smiglecii? Quid enim impedit, quominus de eo, in quo est vita æterna, dicatur, eum fuisse in principio Evangelii, & vice versa? Ita scilicet oblitus sui, quidvis interdum pro argumento affert acutus Smiglecus.

Argumentis, quibus nostram de principio, de quo Iohannes loquitur, sententiam refutasse se credidit, finitis, alia diluere pergit. Primum est Statorii, quem, cùm Verbi nomine hominem intelligat, pro absurdo habere ait Smiglecus, Verbum ante mundi principium fuisse. & iure quidem. Nam quomodo homo Christus priùs esse potuit, antequam nasceretur? Smiglecus verò nihil prorsus refutatione vel etiam lectione dignum respondet. Ait enim: *Rectius sanè inulisset ex eo, quòd Evangelium ait, per verbum mundum & omnia facta esse, verbum aliquid præter hominem esse, & aliam ab humana distinctam essentiam habere, quæ ante mundum conditum extiterit, & quæ deinde caro factum humanæ naturæ copula verit.* Quasi scilicet totum hoc

Vita æterna quomodo in homine Christo.

1. Cor: 15. 21.  
Rom: 5. 15, 19.

Ioh: 5. 27.

Christus non est res caduca, etiam si homo sit.

1. Cor: 15. 45.  
Rom: 6. 9.



hoc antea non sit refutatum aliquoties, & ostensa duplex æquivocatio in vocabulis mundi, & omnia. Adde nunc committi etiam fallaciam consequentis in voce facta sunt. cum non, ut omnia, quæ creata, facta sunt, sic vicissim omnia, quæ facta, creata sint, cum, ipso Smiglecio teste, quod creatur, ex nihilo producitur, quod verò fit, ex aliqua materia fiat. pag: 10.; & ignorationis Elenchi, cum longè aliud sit, omnia per aliquem facta esse, & aliquem omnia fecisse, cum ista phrasia causæ instrumentalis nota sit, hæc verò efficientis principalis. Iohannem porro de verbo ante carnem agere, an non jam decies ferè dixerit Smiglecus, te testem constituo, candide lector. Quàm verò falsum sit, jam cognovisti, & cognosces iterum infra in explicatione vers: 14.

Alterum quod diluendū suscepit Smiglecus, D. Moscorovii esse ait, principium opponi æternitati. Vnde colligitur, Verbum, quia in principio fuit, non fuisse ab æterno. Respondet autem Smiglecus, distinctione tolli æquivocationem argumenti, dum sic ait: *Si principium ipsius æternitatis intelligatur, à quo inceperit æternitas, ejusmodi principium æternitas caret, &c. Si verò principium accipiatur, non à quo æternitas incepit, sed à quo cætera omnia incipiunt, sic principium æternitati non opponitur, sed ipsa potius æternitas est omnium aliorum principium, cum antecedit omnia, & cætera omnia ipsum consequantur. Hoc igitur modo id, quod est prææternum, dici potest esse in principio, & ante omnia creata.* Ascripti multa Smiglecii verba, ut agnoscas hominis errorem. Nam primùm fingit ipsemet vel concedit principium ipsius æternitatis, a quo inceperit æternitas, cum tamen ista duo ita seculum pugnent, ut falsum & verum. Vbi enim æternitas, ibi nullum est principium, & viceversa: & principium æternitatis statuere, vel principium a quo inceperit æternitas, perinde est ac si quis finem æternitatis statuere velit. Atque ita umbra tantùm distinctionis, quam pollicitus erat demonstrare Smiglecus, remanet, siquidem falsa est principii prior ista descriptio. Deinde principium accipi posse pro eo, a quo cætera omnia incipiant, concedi quidem potest. Sed hoc ad rem nihil prorsus faciet. Semper enim, principium aliquid respiciat, necesse est, cujus est principium. Quia verò æternitatis principium nullum datur, ad eam referri nullo modo potest; & semper verum manebit, quod dicitur esse in principio; id ab æterno esse, per id ipsum, quod in principio sit, probari nullo modo posse. Denique licet concedatur, principium significare æternitatem, nondum tamen res confecta esset. Tantùm enim diceret Iohannes, sermonem fuisse in æternitate, quod etiam Smiglecus fatetur. Sed hoc longè aliud est, quàm

*Vitia argumenti Smiglecii.*

*Æternitas & principium contraria.*

Allud est in æter-  
nitate esse, & ab  
æterno.

ab æterno esse. Tam enim id, quod certo tempore extitit, est in æter-  
nitate, quàm id, quod nunquam extitit. Si modò id quod nunquam ex-  
titit, in æternitate esse, dici potest. Nemo enim nisi barbarè, imò fal-  
sissimè de Deo, qui est ab omni æternitate, dicere potest, eum esse in  
æternitate.

Tertium argumentum Moscorovii facit Smiglecus. *Verbum fuit  
apud Deum. Ergo Deus prius extitit, quàm Verbum, & ex consequenti,  
verbum non est coæternum Deo.* Respondet autem, ignorantiam ma-  
gnam esse Moscorovii in hoc argumento. Ita scilicet Smiglecus  
tractare solet D. Moscorovium, cujus eruditionem obscuratam  
vellet, sed obscurare nunquam poterit. Audiamus rationem. *Multa  
enim, ait, legimus esse apud Deum, quæ & æterna sunt, & Deus illa tem-  
pore minimè antecessit, & affert exempla claritatis Christi, vitæ æter-  
næ, fontis vitæ, quæ apud Deum esse dicuntur, & tamen sunt ab æter-  
no.* Sed primum exemplum de ea tantùm re loquitur, quæ apud De-  
um fuerit, priusquam mundus esset. Hoc autem idem esse cum æter-  
nitate, asserit quidem denuò Smiglecus, sed nulla re probat; nos verò  
paulò antè erroneum esse demonstravimus. De inde etiã si consta-  
ret, ista omnia apud Deum ab æterno fuisse, longè tamen alia est ratio  
earum rerum, quæ personæ non sunt, quàm personarum. Nam de re-  
bus, quæ personæ non sunt, dici potest, eas apud Deum esse, quatenus  
vel in Dei prædestinatione sunt, vel quatenus ab ipso Deo quasi possi-  
dentur & sunt ejus attributa naturalia, & deinde certo tempore homi-  
nibus vel revelantur vel cum eis de ipsis aliquid cõmunicatur, & pe-  
rinde est, ac si dictum esset, ea esse in Deo, vel Dei ipsius: persona  
verò apud personam alio modo omnino est, & ut sit necesse est, qua-  
tenus scilicet unaquæque per se subsistit, & unius essentia apud alteri-  
us essentiam est, ut de Angelis dicere possumus. Esse enim unam per-  
sonam in altera Patrum tantùm Smiglecii commentum est, quod  
nulla ratione suffulciri, aut testimonio sacro comprobari potest.

Aliter res sunt a-  
pud Deum, aliter  
personæ.

Exempla Smig-  
leci.

Exempla quæ ex scholis petita de Sole & anima huc affert Smi-  
glecius, ad rem non faciunt. Nec enim apud solem lux est, nec apud  
animam intellectus & voluntas: sed ita cum sole lux, & cum anima  
facultates illius conjunctæ sunt, ut sine luce sol, sine facultatibus  
suis anima consistere ne queat. Quod secus se habet in nostra quæsti-  
one. Hic enim Deus est per se: & deinde quæritur, an aliquis alius a-  
pud eum ab æterno esse poterit. In attributis Dei naturalibus lo-  
cum habent ista exempla scholastica. ut enim Deus æternus est, ita  
omnia ejus attributa æterna sunt: at in Christo Iesu, locum nullum  
habere

habere possunt. Is enim non attributum aliquod Deiest, sed persona ab illo distincta.

### CAPUT VI.

*Quid sit D. Johanni, Apud Deum esse.*

**I**N hoc capite Smiglecus, Verbum, antequam caro fieret, apud Deum re ipsa extitisse, probare conatur. Sed duo sunt, quibus errorem regit. Prius est, quod toties affirmat, verbum fuisse ante Carnem, & tamen non probat, id alicubi scriptum esse. Iohannes enim non ait, verbum fuisse, antequam caro fieret, sed tantum ait, verbum fuisse carnem. Posterius est, quod ita se gerit in verborum Iohannis explanatione, ac si ipse solus credat, Sermonem, qui est Christus Iesus, apud Deum re ipsa fuisse, cum tamen nos idem affirmemus, de quo postea cap. 8. Quanquam etiam alia ratione dici posse contendimus, Sermonem apud Deum fuisse, quia scilicet Deo tantum notus, idque ab initio Evangelii, fuerit. Quod enim semel Iohannes distincte dixerat, Sermonem fuisse in principio, & fuisse apud illum Deum, id postea iterum conjunctim dixit: *Hic fuit in principio apud Deum.* Frustra igitur laborat Smiglecus in demonstrando, Sermonem re ipsa apud Deum fuisse, priusquam in mundum veniret. hoc enim nos & confitemur & concedimus, imò etiam contendimus: Sed demonstrandum erat, verbum vel Sermonem esse alium quempiam, præter & ante Christum Iesum natum ex virgine Maria: deinde impossibile esse, ut iste Iesus Christus, qui est sermo ille, in cælum ascendere, in cælo esse, & de cælo descendere potuerit, ut nobis salutem annunciat. Venire denique in mundum, aliud nihil esse, quàm nasci, & Christum tunc in mundum venisse, quando natus est. Quæ omnia tam sunt a vero aliena, quàm quæ alienissima. Sed quia deinceps ista probare aggredditur Smiglecus, sinamus nunc ea. Hoc tantum hic obiter addam (nam infra de eo plura dicenda erunt) Smiglecium graviter errare, dum verba v: 14. *Habitavit in nobis*, opponi putat verbis v: 1. *Erat apud Deum.* Possunt enim v: 14. opponi non Deo, sed reliquis hominibus, inter quos Christus non habitavit, & qui non contemplati sunt gloriam illius, gloriam quasi unigeniti a Patre. Et hoc ita se habere constat, tum ex mutatione personæ. (antea enim in tertia persona de omnibus locutus fuerat: v: 14. verò in prima de se & suis sociis Apostolis loquitur,) tum ex ipsis etiam verbis. Nec enim proprie habitavit Christus inter omnes homines, sed inter solos Apostolos, nec viderunt

*Duo Smiglecii errata.*

*Quid probandum sit Smiglecio,*

*Verba Habitandi in nobis, cuius nam rei opponantur.*

derunt omnes homines gloriam Christi talem, qualis est Unigeniti ex Patre, sed soli Apostoli. Sed hæc obiter.

Quomodo explicationem nostram, quæ est, quòd Christus idèd apud Deum fuisse dicatur in principio, quia Deo soli notus in principio Evangelii fuerit, refutet, nunc inspicimus. Triplicem igitur affert responsionem, quâ eam refellere studet. I. est, *Quòd explicatio nostra sit dura, coacta, & nullam verisimilitudinem habens, eò quòd nullus loquendi modus eam ferat, & quòd non possit ullum ejus nec in scriptura nec in bono aliquo autore exemplum proferri.* At ego vicissim ajo, non protinus id durum & coactum esse, quod ita alii videtur. Iterum dico non id curandum esse, si quid sit durum & coactum, dummodo sit verum. Hac enim ratione multa nobis essent repudianda in ipsis sacris literis, utpote quæ dura & coacta videntur esse, & interdum re ipsa etiam sunt, ut omnes rerum sacrarum periti & sacrarum literarum explanatores confitentur.

Non omne durum & coactum, quod tale videtur.

Non omne durum & coactum falsum est.

Non omnium locutionum instantias dari necesse est.

Similis locus.

Loquendi modi in sacris literis concisi.

Nullam porrò verisimilitudinem habere id, cujus exemplum vel similis loquendi modus proferri non possit, nimis liberè dictum est. Possit enim aliunde constare de veritate alicujus rei, etiamsi nullo exemplo vel loquendi modo simili comprobari possit. Et sanè similes loquendi modi vel exempla rem non tam probant, quàm illustrant vel declarant. Cogitet ipse Smiglecius secum, quàm non pauca afferri possint, quæ nullum similem loquendi modum vel exemplum habent, quæ tamen hæctenus ab omnibus pro verissimis habentur, & re ipsa sunt verissima. Sed nonné similis loquendi modus a nostris indicatus est ex eodem Iohanne, qui de verbo vitæ ait, quòd apud Deum fuerit? Hoc verò aliud nihil esse, quàm Deo notum esse, opposita his verba satis demonstrant: *Et vita manifestata est.* Quid denique opus est exemplis, ubi ipsa res, phrasis alicujus explicationem suppeditat? Quis enim absque ulla explicatione non intelligit, id commodè dici apud Deum esse, quod Deo notum est. Quod ipsum etiam Smiglecius sentiens, concedit a communi loquendi modo non abhorrere, si dicamus, Verbum alicui esse Verbum, quia ab illo cognoscatur: alteri non esse, quia ab eo non cognoscatur. Quod verò similem loquendi modum esse negat apud Iohannem, utpote qui non dicat, Verbum apud Deum fuisse Verbum, apud homines verò Verbum non fuisse Verbum, sed simpliciter dicat, Verbum fuisse apud Deum, & post *habita se in hominibus*, in eo non leviter fallitur. Idem enim prorsus valent verba Iohannis: Verbum fuit apud Deum, quod Verbum fuit Verbum apud Deum, conciso scilicet loquendi modo, quem Apostoliferè affectare videntur. Quomodo etiã pro eo, quod dicitur

us idē  
princi-  
piter af-  
plicatio  
quod nul-  
in scri-  
cillim a-  
ur. Ite-  
dum-  
ianda in  
& inter-  
crarum

lum vel  
tum est.  
si nullo  
nē simi-  
am illu-  
n pauca  
mplum  
entur, &  
ostri in-  
pud De-  
opposita  
ique o-  
a suppe-  
ommo-  
m etiam  
non ab-  
cogno-  
rō simi-  
i non di-  
erō Ver-  
sse apud  
r. Idem  
m, quod  
i modo,  
o, quod  
dicitur

dicitur a Marco, Deum non esse Deum mortuorum, sed Deum vivo-  
rum, dicitur a Luca concisè, Deum non esse mortuorum, sed vivo-  
rum. Et certè rectius sonat hæc locutio: Verbum erat apud Deum,  
quàm Verbum erat Verbum apud Deum.

2. Responsio est. *Explicatio hæc cum mente Evangelistæ pugnat. Op-  
ponit enim Iohannes apud Deum esse, ei, habitare in hominibus, Ergo ut  
habitare in hominibus, non significat notum esse hominibus sed re ipsa a-  
pud homines existere, ita esse apud Deum, non significat Deo notum esse,  
sed re ipsa apud Deum existere. At hæc responsio duplici de causa vitio-  
sa est. Prior est, quod non probeat ulla ratione Smiglecius opponi ver-  
ba, Habitare in hominibus, verbis, Apud Deum esse; & jam demonstra-  
tum a nobis est, aliis ea verbis opponi posse & debere. Posterior est,  
quod nos non negemus, Christum etiam re ipsa apud Deum fuisse in  
principio. Eandem antithesin haberi i. Ioh: 1. v: 2. incertum est, nam  
non constat, ibide ipso Christo sermonem esse; & nihil prohibet,  
quo minùs de ipsa vita æterna verba Iohannis intelligantur. De loco  
i. Tim: 3. videbimus infra. Nunc hoc tantum dico: Quid est, quod  
Smiglecius ait, omnia Græca exemplaria habere, *Deus est manifestatus  
in carne*, siquidem ille cum suis plus tribuat uni vulgatæ, quæ prorsus  
istam vocem omittit, & ad mysterium pietatis verba illa & sequentia  
refert? Certè, si vulgata non vidisset lectionum saltém varietatem,  
non defuisset sibi; & locum, in quo tantum præsidii collocant hodie  
omnes Trinitarii, non passa fuisset sibi e manibus extorqueri.*

3. responsio Smiglecii est: *Angelis & hominibus Christus cognitus  
fuit statim ac natus fuit. Ergo falsum est, illum in principio Evange-  
lii Deo soli fuisse cognitum. Sed & hæc frivola est. Quicquid enim vel  
angelis vel homines de Christo sciverunt ab ortu ipsius, id nihil com-  
mune cum eo habet, cuius causâ Christus Sermo vel Sermo Dei di-  
ctus est. Nam quod angelos attinet, non frustra dicitur, hæc etiam esse  
mysterii pietatis partem, quod Deus ab angelis visus sit. Quia sci-  
licet voluntas Dei per Evangelium demum angelis innotuerit. Quan-  
quam, cum Deo cognitum fuisse Christum dicimus, solis id homini-  
bus opponimus, non angelis. Illi enim cum Deo quasi unum cense-  
tur, ideoque etiam vox *soli* non addita est a Socino voci *Deo*. Qua de  
re plura vide in Refutatione Monitorum cap: 26. Homines verò,  
quibus Christus tum notus fuit, quidvis aliud potius sperabant om-  
nes, quàm eum salutem æternam hominibus annunciaturum.  
Quod vel ex eo constat, quod illi, qui ipsum jam docentem audie-  
bant, usq; ad ipsam ejus ascensionem, semper aliquid aliud sperabant,  
nempe instaurationem regni israelitici. Præterea si Iohannes Bapti-*

Mar: 12. 27.  
Luc: 20. 28.

i. Ioh: 1. non de  
Christo sermo  
est.

De loci i. Tim: 3.  
varietate.

Responsio Smi-  
glecii. 3.

Refutatio

i Tim: 3. 6.  
Christum ab or-  
tu ipsius nemo  
angelorum aut  
hominum perfe-  
ctè novit.

Ioh: 1. 35.

ita eum non novit, ut testatur infra D. Iohannes, qui tamen ad testimonium de illo perhibendum missus erat, quomodo alii eum noscent? Denique quomodo Christus tunc, cum jam munere suo fungeretur, dicere potuisset verè, Nemo cognoscit, vel supercognoscit (est enim in Græco *ἰσχυρώσκει*) filium nisi Pater, nisi tempus fuisset, quò solus Pater Christum cognovit? Sed & de hoc plura vide in refutatione Monstrorum a Smigleccio confictorum.

Imperfecta Christi cognitio in illis, qui eum ab ortu nōrunt.

Nihil autem juvat Smiglecium, quòd dicit, homines quosdam pios, Christum Servatorem & Dominum agnovisse, quando scilicet natus fuit. Poterant enim in genere scire, eum fore Servatorem & Dominum: at cujus generis ea salus futura esset, quam Christus mundo allaturus, & quale dominium, quod consecuturus erat, neminem istorum omnium, qui Christo nato vixerunt, intellexisse certo certius esse, jam antè docuimus. Ad cognoscendum autem, Iesum Christum esse Sermonem, cognitione speciali Christi muneris opus est, quæ nemini fuit data, nisi Christo jam Evangelium annunciante & confirmante. Nec denique certum est, eos, qui vivebant, cum Christus nasceretur, scivisse eum Legatum Dei futurum talem, qualem nos eum esse credimus, qui scilicet novam hominibus voluntatem Dei esset revelaturus. Aliud enim quid portendebant voces Servatoris & Domini: & hodie omnes Iudæi, qui Messiam expectant, non legatum eum, qui aliquid eos docturus sit, sed redemptorem & vindicem sui ex manu hostium suorum fore sperant.

Responsio Smigleccii 4.

Quarta responsio est. *D. Iohannes Verbum prius fuisse ait apud Deum, tum habitasse in nobis. Quemadmodum igitur habitare in nobis non significat notum esse nobis, sed veram Verbi apud nos existentiam: ita & esse apud Deum, non significat Deo esse notum, sed veram apud Deum existentiam.* Vide, benevole lector, quomodo se gerat Smiglecius in argumentis scribendis: unum scilicet aliquoties in eodem capite repetit. Hoc enim idem prorsus cum secundo argumento est, ubi eadem prorsus verba habentur, unde etiam refutationem petes.

Refutatio.

Responsionis 5.

Quinta responsio est. *Verbum exiit a Patre, missum est in mundum, descendit de celo. Ergo re ipsa apud Deum fuit.* Sed hoc antea funditus eversum est, & infra denuò refutabitur. Summa est: Potuit Christus, qui est Sermo, exire a Patre, in mundum mitti, descendere de celo, & ita re ipsa apud Deum fuisse: & tamen in initio Evangelii soli Deo cognitus esse.

Refutatio.

n ad testi-  
eum nos-  
suo funge-  
noscit (est  
uisset, quo  
refutatio-

quosdam  
do scilicet  
torem &  
stus mun-  
neminem  
erto certi-  
lum Chris-  
opus est,  
nciante &  
n Christus  
tem nose-  
em Dei ef-  
vatoris &  
n legatum  
tem sui ex

te ait apud  
re in nobis  
sentiam: i-  
n apud De-  
Smiglecius  
a capite re-  
st, ubi ca-  
tes.

est in mun-  
antea fun-  
ruit Chri-  
lere de cæ-  
ngelii soli

CAPVT

## CAPVT VII.

*De argumentis Smigleccii, quibus realem Christi apud Pa-  
trem existentiam probare nititur.*

**I**N hoc capite mirè se intricat Smiglecius, & inane m prorsus in pro-  
bando ponit operam. Docet enim tantùm, Christum antea fuisse  
re ipsa apud Patrem, quàm in mundum veniret. quod nemo nostrum  
negat: cum docendum illi esset, Christum apud Patrem re ipsa fuisse,  
antequam nasceretur, quod nos perpetuò negamus. Differre autem,  
nasci, & in mundum venire, ipsa res loquitur. Eum enim, qui nasci-  
tur, vel nasci debet, antea non existere necesse est: eum verò, qui in  
mundum venit, jam ante existere prorsus necesse est, cum actiones  
non sint nisi suppositorum. Hinc est, quòd de hominibus etiam aliis  
dicitur, eos missos esse in mundum, vel in mundum exivisse, quod i-  
dem est re ipsa. Itaque jure totum hoc caput omittere possemus, &  
ad octavum pergere, in quo nostram de Christi apud Patrem reali  
existentia sententiam refutare conatur Smiglecius.

Annotabimus autem, Smigleccium non rectè probare, Christum  
re ipsa fuisse apud Patrem, antequam mitteretur, eo quod dicitur, *V-  
nigenitus qui est in sinu Patris*. Hæc enim verba non de tempore, quod  
Christi in terris conversationem antecessit, sed de eo, quod consecu-  
tum est, & quod tunc, cum Iohannes ista scriberet, labebatur, accipi  
posse, ipsa verba, *Qui est, scilicet nunc, in sinu Patris*, indicant. Si quis  
dicat, participium *est* converti posse, *qui erat*, respondebimus, verba  
illa, non locum, ubi quis sit, sed gratiam, in qua quis apud aliquem est,  
significare; & posse esse in sinu Dei illum etiam, qui in terris versatur;  
& nunc, cum de Christo dicitur, eum esse in sinu Patris, non propriè  
locus, ubi Christus est, sed conditio, quâ nunc Christus, qui apud Pa-  
trem est, fruitur, denotatur. Nec minùs ratio in eo continetur, cur no-  
bis Deum enarravit, quòd est Deo charissimus Christus, quàm in eo,  
quòd est apud Deum. Verisimile enim omnino est, eum verè Deum  
cognitum habuisse, qui nunc est omnium Deo charissimus & intimus:  
Imò plùs ista Christi apud Patrem conditio, quàm existentia apud il-  
lum ad rem demonstrandam facit. Potest enim apud Deum esse, qui  
non sit charissimus & intimus Deo: at is, qui est Deo charissimus, non  
potest esse nisi apud Deum; & qui Deo charissimus est, eum optimè  
Deum nosse, non tantùm verisimile, sed etiam verissimum semper  
est.

Interferit etiam in hoc cap: refutationem sententia nostra, quòd

D 2.

Christus

*Terminorum  
mutatis.*

Ioh: 20. 27.  
1. Ioh: 4. 10.  
2. Ioh: 7.

*Quid sit in sinu  
patris esse.*

Smigle: otiosa re-  
petitio.

Christus in cælo fuerit, antequam prædicare Evangelium cæpisset. Sed nescio quo fine. cùm in cap: 8. ex professo illam refutare aggrediatur. Refutabo tamen hic etiam breviter, quæ affert. Ait hoc scripturis repugnare. Quomodo verò? Scripturæ enim docent, Christum fuisse apud Patrem, non ante prædicationis initium, sed ante in hunc mundum adventum & de cælo descensum, imò ante mundi initium. Sed Christi in mundum adventum & de cælo descensum, diversum aliquid esse a tempore prædicationis Christi, non probat Smiglecus; & nihil impedit, quominus dicatur Christus tunc in mundum venisse & de cælo descendisse, quando prædicare incepit. Christum verò ante mundi initium apud Patrem re ipsa fuisse, nunquam probaturus est Smiglecus.

Quando Christus  
plenus fuerit gra-  
tiæ & veritatis.

Ait porro: Scripturæ docent Verbum carnem factum illico fuisse plenum gratia & veritate. Ergo raptu in celum non eguit, cùm a primo sui conceptus initio & Deum viderit & omni veritate plenum fuerit. Sed hæc omnia erronea sunt. Error est, Christum carnem factum esse. Nunquam enim non fuit caro. Error est, isque gravior, Christum ab ortu suo illico plenum fuisse gratia & veritate. Nam cùm Apostoli Sermonis illius gloriam viderunt tanquam unigeniti a Patre, plenus fuisse dicitur gratia & veritate. Apostoli autem non ab ipso ortu Christi, gloriam ejus talem viderunt. Christum Deum vidisse eo sensu, quo Smiglecus id accipit, ab ipso ortu, anilis fabula est. Error denique est, eum, qui plenus est veritate, non egere, ut aliquid doceatur. Veritas enim non perfectionem scientiæ, sed soliditatem eorum, quæ docentur, continet, & umbris opponitur. Vide plura in refutatione Monstrorum Smiglecii, ubi ad nauseam usque hoc idem iterat Smiglecus.

Filius Dei, per  
resurrectionem  
Filius Dei con-  
stitutus.  
Rom. 1. 3, 4.

Claritatem, quam Christus Ioh. 17. a Patre postulat, esse claritatem filii Dei, libenter concedimus, sed glossam illam, hoc est, ut filius Dei, qui & quantus sit, cognoscatur, rejicimus. Tacite enim principium petit, & affirmat, filiū Dei jam antea perfectè fuisse, quàm ex mortuis resuscitatus super omnia exaltaretur, quod S. literis repugnat. verba verò illa ita explicanda esse dicimus, hoc est, ut Christus, qui antea non tam excellenti ratione Dei erat filius (erat enim mortalis) perfectissimè Dei filius fieret. Constitutus enim est Dei filius, Dei filius, ut Paulus loquitur, cum potentia, per spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum.

Postulare Christum, dari sibi a Patre eam claritatem, a qua se exinaniverat factus obediens usque ad mortem, verum quidem, sed parum est ad constituendam Christi glorificationem. Nam non tantum

illa



pisset.  
aggre-  
scri-  
ristum  
hunc  
Sed  
m ali-  
us; &  
enisse  
rdan-  
rus est

fuisse  
a pri-  
m fue-  
actum  
Chri-  
um A-  
Patre,  
b ipso  
vidisse  
st. Er-  
nid do-  
em eo-  
in re-  
dem i-

itatem  
s Dei,  
ipium  
mortu-  
t. ver-  
i antea  
perfe-  
lius, ut  
resur-

se exi-  
ed pa-  
antum  
illa

illa Christo post resurrectionem reddita sunt, quæ ante habuerat, & ad tempus deposuerat, verum etiam alia multa, eaque majora Christo data fuere, quibus antea omnino caruit, qualia sunt, Immortalitas, & divina in omnia, si a solo Deo discesseris, potentia.

Magnus verò iterum in eo error est Smigleccii, dum explicat dationem claritatis Christi per manifestationem. Nam & principium iterum crasse petit, dum tacite affirmat, Christum antea claritatem re ipsa habuisse, quam eam a Patre peteret; & ipsemet sibi contradicit. Nam qui petit aliquid, is illud re ipsa non habet, & vice versa. In eo verò, quod ad hanc explicationem ineptissimam simul & falsissimam comprobendam affert Smigleccius, nempe ita clarificatum esse filium a Patre, sicut filius patrem glorificaverat, iterum pròdit suam Smigleccius audaciam. Nam in textu v. 4, 6, 26, non habetur ita glorificatum esse patrem à filio, ut pater glorificavit filium: sed tantum dicitur, quòd filius glorificaverit Patrem, & idèd postulare eum a patre, ut se glorificatur, ut ipse vicissim patrem glorificare possit. Potest autem filius Patrem glorificare, etiam si diverso id modo faciat, quam is est, quo Pater filium glorificat. Quemadmodum etiam per homines Deus glorificatur, & tamen non eodem modo, quo Deus eos glorificat vel glorificaturus est. Præterea petit Christus glorificari a Patre: At Pater id a filio non petit, nec petere potest. undè similiter ingens glorificationis istius mutæ apparet differentia.

Errat porò toto cælo Smigleccius, dum explicat, quomodo Christus petierit istam suam claritatem, nempe ut innotesceret toti mundo. Hæc enim invicem pugnare jam ostendimus, & nulla ratione a Smigleccio probantur. Quod enim dicit, Christum claritatem semper habuisse, id est, incertum per incertum probare.

Quod verò Christus gloriam suam miraculis manifestavit, id longè aliud ab eo est, de quo nunc loquimur. Hæc enim gloria non illa est, quam Deus Christo destinârat ante mundi constitutionem. Quod verò Christus rogat, ut Pater eum apud semetipsum glorificet, id planè contrarium ejus evincit, quod contendit Smigleccius. Hinc enim colligitur, Christum quidem antea in terra gloriam habuisse, sed non apud Deum, quia gloria illa non fuerit perfectè divina, idque propter hoc ipsum, quòd Christus nondum exaltatus ad Patrem esset.

Datum verò fuisse Christo claritatem in terra, quod Christus de se affirmat v. 22. idem esse, cum eo, quòd jam per fidem claritas divinitatis ejus hominibus innotuerit, valdè aliquid insufficiens est. Nam totum illud, quod de Christo tunc homines cognoverant, vix mille-

Plus Christo datum est post resurrectionem, quam ante habuit.

Dari gloriam non est manifestari eam.

Alio modo Pater Christum glorificavit quam Christus patrem,

Ioh. 15. 5.  
Matth. 5. 16.

Gloria Christi varia.

Quid sit apud Patrem glorificari.

A. 1. 1. 6.  
Ioh: 16. 12.

suma pars ejus erat, quod deinde Christus consecutus est. Illi enim, de quibus hic dicitur, quod cogno verint verè, Christū à Deo Patre exivisse & credidisse, quod is eum miserit, sperabant eum instauraturum regnum Israël; & ita infirmi erant, ut multa non possent ferre, sed spiritus Sancti institutione demum indigerent. Rectius autem dicitur, Christo datam dici, dum in terris esset, ipsius claritatem, quia scilicet ei destinata a Deo esset. quo loquendi modo creberrimè utuntur sacra litera.

De quantam gloria Ioh: 1. 13. sermo fit.

Dedisse denique Christum discipulis suis claritatem suam, ideo dici quod divinitatem suam cum illis suo modo communicarit, dando illis potestatem filios Dei fieri, & ejus divinitatis fieri participes Ioh. 1. v. 13. & quod in Eucharistiae Sacramento, quod jam tum instituerat, miro sed vero modo suam illis divinitatem communicarit, ut Cyrillus interpretatur, & error est multiplex & fabula putida. Primum enim Ioh. 1. 13. non de ea gloria sermo est, quæ in hoc seculo contingere potest. Illis enim, qui Christum recipiunt, & in nomē ejus credunt, & ex Deo nati sunt, data ibi dicitur potestas, ut filii Dei fiant. His verò in hoc seculo nihil dari amplius potest, sed sola restat immortalitas, quam illis ipse Christus olim reddet certissimè. Ob quam certitudinem consequendi istam immortalitatem, dicitur potestas eis data esse, ut fiant filii Dei, quomodo etiam dicitur ob eandem certitudinem, Christum habuisse potestatem animam suam accipiendi. Præterea istam divinitatem, quam Christus, dum in terris degit, habebat, di cere, eam esse, quam nunc habet, quod hic tacitè affirmat Smiglecius, est tacita principii petitio. Quomodo enim petiisset vel petere potuisset, ut sibi daretur, si eam re ipsa habuisset? Respondet Smiglecius, petiisse Christum, ut manifestaretur. At hoc & nusquam dicitur, & per se falsum, vel saltem non necessarium est. Nam si Christus gloriam re ipsa habuit, & fuit ipse Deus, non potuit non manifestari gloria illius, idque per ipsum Christum. Cur igitur alium nempe Patrem, ut id faceret, rogaret? Sed de hoc plura vide in refutatione Monstrorum.

Ioh: 10. 18.

Christi gloria, quam nunc habet, diversa est ab ea, quam habuit, cum in terris esset.

Error ingens Smiglecci.

Illud denique quàm futile est, & indignum Patre Ecclesiæ Romanæ, Christum divinitatem suam cum discipulis in Sacramento Eucharistiae communicasse. Primum enim hic non de discipulis Christi, qui tunc erant, sed de iis, qui postea futuri erant, sermo est. Apertè enim distinguuntur hi, de quibus v. 22. sermo est, ab aliis, qui tunc extabant, v. 20. ubi sic ait Dominus: *Non pro eis (nempe Apostolis) rogo tantum, sed & pro illis, qui credent per verbum eorum in me.* Quomodo verè cum his divinitatem suam tunc in cæna communicasse dici potuit Christus, qui novum erant? Deinde divinitatem aliquam Christum

nim, de  
re exi-  
turum  
re, sed  
m dici-  
ia scili-  
utun-

, ideo  
do illis  
I. v. 13.  
niro sed  
ppreta-  
h. i. 13.  
ft. Illis  
eo nati  
seculo  
lis ipse  
equen-  
ant filii  
um ha-  
rinita-  
m esse,  
a prin-  
ut sibi  
e Chri-  
salum,  
psa ha-  
idque  
aceret,

Roma-  
Eucha-  
illi, qui  
è enim  
tabant,  
go tan-  
omodo  
lici po-  
n Chri-  
stum

rum cum discipulis suis in cæna sua communicasse, nonné est fabula Pontificia? Panem enim tantummodò comedendum & poculum bibendum dedit Christus in cæna discipulis, idq; eos facere vel iterare voluit in sui commemorationem, hoc est, ut Apostolus Paulus id explicat, in mortis suæ annunciationem. Miserrima sanè esset conditio discipulorum Christi, si, quod in cæna illis porrectum fuit, esset Christi divinitas, & ea claritas, quam a Iesu Christo sperant: & deploranda prorsus est hominum cæcitas, qui per usum cænae Domini, sese unum cum Deo & Christo fieri posse credunt. Cùm potius is indignus sit, qui ad eam accedat, qui antea, quàm ad illam accedit, non sit unum effectus cum Deo & Christo per spiritum illius & fidem suam, quod deinde accessione sua ad cænam domini profiteri, & quodammodo declarare tenetur. Hæc scilicet est efficacia erroris, quam Deus hominibus immisit eò, quòd noluerint veritati obtemperare, ut servarentur. A qua ut eos tandem liberet Deus, perpetuò illum supplices oramus. Mirum est denique, Smiglecium Missam suam titulo Eucharistiæ nominasse. In missa enim creatur vel conficitur a sacerdote corpus & sanguis Christi, ideoque gratiarum actioni vix aliquis locus esse potest. Cùm gratiarum actio pro jam exhibitis beneficiis fieri soleat. adeò, ut tunc, cùm Christus ipse cænam suam instituit, & præsens interfuit, illa ipsa prima cæna nondum Eucharistia re ipsa fuerit. Christus enim nondum erat traditus in mortem: sed tantum institutio ejus, quod deinceps fieri debuit, censenda est.

Denique erroris magni pertinax suscipit patrocinium Smiglecii, dum ex eo, quòd Christus dicit, se habuisse gloriam suam apud Patrem, concludit, eum re ipsa habuisse, & ita re ipsa etiam extitisse. & simul, quid tempore Arii acciderit, nobis ex Tertulliano narrat. Nempe, cùm Ariani dicerent, Christum, se habere gloriam, dicere potuissent, quia sibi prædestinata fuerit, Patres opposuisse, *Prædestinationem hic non esse positam, quare nec addendam, vix enim adiicientibus.* & ita, scilicet, victos fuisse Arianos a Patribus Egregiam sanè laudem Patres illi retulerunt, si ita cum Arianis egerunt; & egregiè suorum Patrum encomia canit Smiglecus, qui sic eorum describit cum adversariis agendi modum. Ergo ubicunque dicitur, aliquem aliquid habuisse absolute, ibi, re ipsa eum id habuisse, credendum est? Habent igitur nunc re ipsa ædificationem ex Deo, domum non manu factam, æternam in cælis, & substantiam manentem, & gratiam, Christi fideles, quia absolute dicuntur ista habere, vel dicitur data ea illis esse? Certè nihil minus. Ausus est quidem Smiglecus ista eludere, dum dicit. *Nos re ipsa habere ædificationem in cælis, & substantiam manentem: quia plenè jus ad illa*

In cæna Domini  
nulla divinitas  
cum hominibus  
communicatur.

Per quid homi-  
nes unum cum  
Deo fiant.

Missæ, Eucharistia  
non rectè appel-  
latur.

Iniqua Patrum  
cum Ario agenda  
ratio.

2. Cor. 5. 1.  
Heb. 10. 34.  
2. Tim. 1. 2.

Fideles non habent nunc jus re ipsa vitæ æternæ.

Aliud est jus, aliud possessionem rei habere.

Audaia Smigleccii.

Quando habere significet prædestinationem.

illa habemus: gratiam autem non dici nos habere absolutè, sed in Christo Iesu datam esse, idque eo sensu, quòd Christus, qui ante tempora secularia fuerit, re ipsa istam gratiam pro nobis accepit. Sed magis aucter, quàm verè hæc dici, ex eo constat, quòd æquè incertum sit, an plenum jus re ipsa habeant ad domum illam cælestem & substantiam manentem fideles, ut incertum est, an re ipsa habeant illa. Possunt enim fideles mutari & deficere, & ita perdere id, quod eis destinatum erat. Deinde non est idem, jus habere plenum ad aliquid, cum ipsa habitio vel possessione, potest enim aliquis jus plenum habere ad aliquid, & tamen possessione carere, & nur quam ad eam pervenire, ad eò, ut juris ad aliquid (ut sic loquar) habitio tacitè excludat possessionem. Denique consideratio Smigleccii in additione verborum in Christo Iesu, nulla profus censenda est. Nam & aperte principium petit, dum ait, Christum fuisse re ipsa ante tempora secularia, quod ipsum hoc loco probari debet; & verba Pauli pervertit. Is enim ait, datam esse gratiam nobis in Christo Iesu, hoc est, per Christum Iesum: Smigleccius autem ait, non nobis, nec in Christo, sed Christo pro nobis datam esse gratiam. Pauli verba & nos & Christum præsentem fuisse statuere videntur: Smigleccii verba Christum solum.

Iam porrò, si verum est, quod addit Smigleccius, *Ut verò promissionem aliquando denotet locutio ista, habere aliquid, circumstantiâ aliqua opus est, quæ id innuat ac indicet*, non né ipsemet docet, verba Ioh: 17. non de re ipsa sed de prædestinatione accipienda esse? Quæ enim, non dicam circumstantia, sed quodnam firmiter argumentum afferri potest, quod, non dicam innuat ac indicet, sed magis cogat, atque hoc, quòd Christus tanto cum conatu id a Patre petit, quod se habere apud eum affirmat? Certè habere aliquid re ipsa, & rogare idem, ita sunt contraria, ut nunquam in uno eodemque subiecto ratione ejusdem consistere queant.

Nec quicquam hîc juvat adversarios effugium illud, de duabus in Christo naturis. Nam si Christus idem Deus qui Pater, fuit, Patrem petere nec debuit nec potuit, cum non tantum a semetipso id habere posset, quod petebat, sed etiam non posset non habere ob id ipsum scilicet, quia idem Deus qui Pater erat. Deo enim nihil deesse ulla ratione potest, quod ad eum & gloriam illius pertinet.

Sed audiamus Sophisticationem Smigl., qui verba apud te ita explicat, quam habui, cum essem apud te. idque probat hac ratione. *Petit enim Christus eandem claritatem post ascensionem habere apud Patrem, quam habuit apud Patrem, ante mundum conditum. Quemadmodum i-*

gitur

gitur,  
destin  
cum a  
se hab  
Summ  
Patre  
cinati  
Christ  
se ant  
fione  
stenti  
onem  
suo ei  
ante r  
rit, se  
existe

tria si  
quoru  
set, e  
oraba  
illet.  
Patre  
cabat  
Sic ip  
absolu  
nem.  
pud i  
scilice  
sensu a  
ria, q  
bus m  
quòd e  
nus, se  
rificat  
celis,  
omni  
corda  
pillim  
ipsius

gitur, cum petit, habere apud Patrem, non petit in mente Patris & prædestinatione habere: sed re ipsa existendo apud Patrem illam habere: ita cum ait, se eam habuisse ante mundum conditum apud Patrem, intelligit se habuisse, cum existeret apud Patrem, non autem in mente Patris. Summa rei est, particulam apud Patrem, utrobique existentiam apud Patrem, non prædestinationem significare. At ego nego istius ratiocinationis consequentiam. Nec enim eadem ratio est ejus, quod Christus petit habere post ascensionem, cum eo, quod ait, se habuisse ante mundum conditum. Id quod petit Christus habere post ascensionem, ita comparatum est, ut non potuerit Christo dari sine existentia illius apud Patrem. idem enim Deus, qui Christo glorificationem promiserat, is etiam eandem apud seipsum, in regno & solio suo eidem promiserat: Hoc verò, quod ait se habuisse apud Patrem ante mundum conditum, tale est, ut illud non tantum habere potuerit, sed etiam necesse est prorsus, ut habuerit absque sua apud Patrem existentia, propterea quia id sibi dari tam sollicitè rogat.

Sed videamus quid molliatur iterum Smiglecius, postquam tria sibi nostrorum nomine, quæ sanè invictissima sunt, objecisset. quorum 1. est. Si Christus gloriam divinitatis actu ab æterno habuisset, eam nunquam deponere potuisset, eaq; tunc etiam, cum Patrem orabat, fuisset præditus. Quare ut ipsi daretur, petendum ipsi non fuisset. 2. Si Christus eam etiam deposuisset, nulla causa erat, ut eam a Patre peteret. Ipse enim eam per se resumere potuisset. 3. Is qui precabatur, quatenus precabatur, eam gloriam nunquam re ipsa habuit. Sic igitur ait, Sed errat Socinus: Nos enim non dicimus, Christum absolutè gloriam divinitatis petuisse a Patre, sed ejus manifestationem. ut quam claritatem ab æterno apud Patrem habebat, eandem apud ipsum etiam nunc haberet manifestatam, & hoc ita explicat, scilicet, ut eam viderent homines & agnoscerent. & deinde ait: In hoc sensu dicere possumus, Christum petuisse, quod non habebat, quia gloria, quam re ipsa habuit ab æterno apud Patrem, nondum erat hominibus manifestata. Porro, ait, petit Christus eam à Patre sibi dari, non quòd eam per se obtinere non posset. Omnia enim Pater dedit ei in manus, sed quia hæc pæctio quasi erat inter Patrem & Christum, ut ipse clarificaret Patrem super terram, a Patre verò vicissim clarificaretur in cælis, & idcirco Patri semper defert, eique accepta fert omnia. Ascripsi omnia Smiglecii verba, ut iterum atque iterum videat lector pius & cordatus, quomodo in hac potissimum disputationis particula turpissimè hæreat Smiglecius, quod etiam, in refutatione Monstrorum ipsius, non uno in loco indicatum est. Primùm argumentis nostris fir-

*Sophisma Smigleccii*

*Refellitur.*

*Cõmentum Smigleccii*

Refelluntur.

missimis tantum opponit suam sententiam. At nuda sententia prolatio vel autoritas humana, nihil unquam valet contra manifestas rationes. Adde, quod ista sententia Smiglecii, ut paulo ante dictum fuit, & principium petit & contradictionem implicat. Nam si Christus tantum petit, ut gloria sua manifestaretur, jam eam, ut habuerit necesse est. Hoc verò nunc in controversia est, & hoc probandum sibi sumit Smigle. Et si eam reipsa habuit, quid petitione opus erat? Quæ verò isthæc est confusio, dicere semel, Christum habuisse claritatem ab æterno apud Patrem, & tamen rogasse, ut eandem apud Patrem etiam tunc haberet manifestatam? Potestne enim esse aliquid apud Patrem, & tamen non esse apud Patrem manifestatum, ut necesse fuerit petere, ut id, quod apud Patrem Christus ab æterno habebat, apud Patrē tunc esset manifestatum? Quæ porro istæc explicatio est, scilicet ut eam viderent homines & agnoscerent. Ergo, quando apud Patrem fuit manifestata, homines eam viderunt & cognoverunt? Quid est nugari, si hoc non est? Iam quid hoc est, *In hoc sensu dicere possumus Christum petiisse quod non habebat*, &c. Non quid dicere possit Smiglecus, nunc curandum est, sed quid dici jure debeat, & quid cum literis sacris, & denique cum recta ratione conveniat. Quia verò sacræ literæ Christum a Patre, propriè loquendo, petiisse gloriam suam, & datam eam illi a Patre reipsa fuisse, disertè testantur, hoc ipso Christum eam gloriam reipsa habuisse negant, & proinde non manifestationem habitæ, sed dationem non habitæ gloriæ Christum petiisse, evidenter docent. Præterea Christū glori suam per se obtinere potuisse, contradicit ei, quod Patrem petiit. Quia verò hoc scriptura affirmat, falsum esse illud necesse est, quod affirmat Smiglecus. Verba verò Ioh: 3. Pater omnia dedit ei in manu, aut de prædestinatione dandi intelligenda sunt, aut vox omnia ad ea tantum referenda est, quæ cognitionem divinæ voluntatis spectant, ut ex præcedentibus videre est, in quibus munus Iesu Christi describitur, quo Iohannem Baptistam & alios omnes, dum adhuc in terris degeret, superabat. Ista denique pactio, quam inter Patrem & Christum fuisse ait Smiglecus, nugacissimum commentum Smiglecii censendum prorsus est, ut pote cuius in universo sacro codice, nedum cap: 17. Ioh:, nulla sit mentio, & quod suo se indicio prodit, quam sit a vero alienum. Quid enim opus erat pactioe ista inter Patrem & Christum, si Christus idem Deus est, qui Pater; & si id, quod petiit, vel accepit, non potuit non tandem habere: vel si pactio erat inter Patrem & Christum, & si Christus semper Patri defert, & accepta ei fert omnia, quomodo hoc ipso non docetur, eum nullo modo eundem Deum esse, qui Pa-

ter

35  
ter e  
refer  
rus?

C  
dati  
ordi  
divin  
le est  
scrip  
suis p  
in cæ  
homo  
blasph  
tenus  
do re  
apud  
E  
guise  
amqu  
ac est  
pienti  
Christ  
person  
Christ  
bi era  
anteq  
non c  
res ali  
nullas  
modo  
res sup  
ea re  
gnora  
ca ne

prola-  
as ratio-  
o fuit, &  
llus tan-  
neceffe  
i sumise  
Qua ve-  
atem ab  
rem eti-  
apud Pa-  
esse fue-  
at, apud  
atio est,  
apud Pa-  
t? Quid  
possum?  
lit Smi-  
cum li-  
rò sacræ  
suam, &  
so Chri-  
anifesta-  
etiisse, e-  
obtinere  
scriptura  
us. Veri-  
inatione  
enda est,  
dentibus  
hannem  
rabat. I-  
ait Smi-  
prorsus  
h: nulla  
alienum.  
si Chri-  
non po-  
hristum,  
uomodo  
e, qui Pa-  
tea

ter est. cum Pater nemini deferat, nec quicquam cuiquam acceptum  
referat aut referre possit, Deus alioquin altissimus & unus non futu-  
rus?

### CAPVT VIII.

*Argumentorum nostrorum pro reali Christi jam nati  
apud Patrem existentia defensio.*

CHYMERAM appellat Smiglecus, quod & disertissimis verbis in  
sacra scriptura scriptum extat, & ad omnium captum accommo-  
datissimum est, Christum scilicet jam natum, ante quam monus suum  
ordiretur, apud Patrem fuisse, & a Patre in mundum venisse, ut nobis  
divinam voluntatem exponeret: quodq; nec absurdū nec impossibi-  
le esse, exemplum etiam Pauli Apostoli comprobat. qua de re plura  
scripsimus in libello de Divinitate Christi cap: 4.: Interim, quid se &  
suis placitis fiat, non considerat. Deum enim, qui ab omni æternitate  
in cælis fuerat, de cælo descendisse, & descendisse in hunc finem, ut  
homo fieret vel incarnaretur, hæc demum Chimæra est non minùs  
blasphema quàm falsa, cujus tandem pudebit omnes, quicunque hac-  
tenus illud pro mysterio tremendo adorant. Sed audiamus, quomo-  
do refellat hanc divinissimam veritatem de reali Christi jam nati  
apud Patrem existentia Smiglecus.

Primum ait, *Christum ascensione ista vel raptu in cælum non indi-  
guisse, ut Paulus. Quia ab ipso conceptionis momento, Deum viderit, e-  
amque visionem perpetuam totâ vitâ habuerit, eò quòd Verbum ilico  
ac est Caro factum, fuerit plenum gratiæ & veritatis, quòd Spiritus sa-  
pientiæ & intellectus in eo requieverit Esa: 11. 2. quòd infans vix natus,  
Christus ab angelo prædicatus sit, quòd denique substantialiter in una  
persona Deo semper unitus fuerit. At ego ajo, disertè scriptum est,  
Christum filium hominis de cælo descendisse, & ascendisse denuo, u-  
bierat prius. Ergo firmiter concludendum est, eum in cælo fuisse,  
antequam eo visibiliter coram Apostolis ascendit, etiamsi tandem  
non constet, quomodo Christus ea re indigerit. Potest enim fieri, ut  
res aliqua facta sit, quam credere nos oportet, cujus tamen rationes  
nullas reddere possumus. Legimus, Christum dixisse Nathanaëli: *A  
modo videbitis cælum apertos, & angelos Dei descendentes & ascenden-  
tes super filium hominis*, nec tamen constat, an & quomodo Christus  
ea re indigerit. Num propterea verum id esse negabimus, aut ob i-  
gnoratam causam rei, rem ipsam in dubium vocabimus? Sed præter-  
ea nec probavit Smiglecus nec probaturus unquam est, Christum*

Expressè scripta  
credenda sunt, e-  
tiam si rationes  
illorum non con-  
stent.  
Ioh: 1. 51.

non eguisse ista in cælum ascensione. Nam, quòd ait, Christum ab ipso conceptionis momento Deum vidisse, phrasis est sacris literis prorsus ignota, & sensum continet alienum ab omni verisimilitudine. Nam nec oculis Deum a Christo concepto & recens nato visum esse, legimus unquam; nec cognitam Dei voluntatem Christum fuisse, probari vel per speciem potest. Verbum illico, ac est caro factum, plenum fuisse gratiæ & veritatis, non probatio, sed duplex saltem isq; crassissimus error est. Nam nec verbum carnem factum esse Iohannes dixit, sed carnem fuisse; nec illico, ac est caro factum, hoc est, natum ex mente Smigleccii, plenum gratiæ & veritatis fuisse affirmat, sed tantum verbum, quod caro fuit, plenum fuisse ait gratiæ & veritatis, temporis, quando plenum fuerit, nullam eo in loco mentionem faciens. Sed de hac tam imperita huius loci allegatione, & crassa explicatione plura diximus tum passim in hoc ipso scripto, tum verò in refutatione Monstrorum a Smigleccio confictorum. Requievit etiam Spiritus Sapientiæ & intellectus in eo, de quo Es. II. 2. legimus, sed an ab ipso conceptionis momento id factum sit, nec ibi legitur, nec ex eo probari potest. Potuit autem dici, Spiritum sapientiæ in eo requieturum, propterea quia temporis successu pro ratione ætatis & aliarum circumstantiarum requieturus esset. Sed & de hoc vide in refutatione Monstrorum. Potuit etiam infans vix natus, Christus ab angelo prædicari, non quòd re ipsa vel perfectè Christus esset, sed quia principia quædam ejus, quæ Christum constituunt, in eo apparent, vel quod ad eam immutabili decreto Dei destinatus esset.

Ioh: 1. 34.

Christum porrò non ad mensuram accepisse Spiritum, idq; ab ipso conceptionis momento, nec a Iohanne dicti, nec quicquam tale ex illis verbis colligi posse, abunde demonstratum est a nobis in eadem refutatione, ut mirari jure quis possit, quid causæ fuerit, cur idem Smigleccius in duobus libellis uno anno a se conscriptis, eadem prorsus argumenta tam crebrò ad nauseam usq; iterare non dubitaverit.

Vnitio deniq; ista Christi cum Deo in una persona jure pro ultimo argumento a Smigl. asseruata fuit, que madmodum illud, Illico ac est caro factum verbum, plenum fuit gratiæ & veritatis, pro primo in acie positum, ut scilicet hinc agnoscas, quid de aliis in medio collocatis sentiendum sit. Nonne enim fabula est Pontificia, Christum substantialiter in una persona semper cum Deo unitum fuisse, vel saltem caput controversiæ, quæ nunc inter nos agitur? Quomodo ergo pro probatione afferri potuit, nisi ab eo, qui personæ suæ (Doctoris scilicet Theol.) oblitus, vulgi imperiti more, quidvis aduersario obtrudere non veretur? Sed hæc judicent alii. Ego pergo ad alia.

Ait Smigl.

AI  
hunc  
cap. p  
in cœ  
nos e

F  
dit, C  
dit, C  
stra. E  
necte  
est in  
hann  
rillin  
plura  
se, q  
nimè  
stat,  
preu  
inteli  
terpr  
mule  
rum  
cubi  
id fac  
nihil  
ita lo  
tuis r  
dem  
go d  
os il  
loru  
  
loqu  
de se  
det,  
cùm  
rò o  
quit  
us, r  
tall



m ab i-  
s literis  
ilitudi-  
o visum  
to tum  
o factū,  
em isq;  
Iohan-  
est, natū  
sed tan-  
tis, tem-  
faciens.  
catione  
futatio-  
Spiritus  
ab ipso  
eo pro-  
eturum,  
tum cir-  
ntatione  
o angelo  
uia prin-  
ent, vel  
idq; ab i-  
n tale ex  
n eadem  
em Smi-  
prorsus  
erit.  
pro ulti-  
illo ac  
primo in  
ollocatis  
substan-  
altem ca-  
ergo pro  
is scilicet  
btrudere

Ait Smigl.

Ait Smigl., s. literas testari, Christū in cœlo exiisse, antequam in hunc mundū veniret, & apud Patrem ab omni æternitate fuisse, idq; se cap. præcedente docuisse, unde vult colligi, Christum non fuisse raptū in cœlum ante prædicationis initium. Sed quia tantū ea recenset, nos etiam lectorem ad cap. præcedentis refutationem relegamus.

Porro docet, Christum semper in cœlo fuisse, & ad marginem addit, Christum, cū in terris esset, simul fuisse in cœlo, & hinc concludit, Christum non ascendisse in cœlum, postquam natus fuit. Sed frustra. Falsum enim est, quod affirmat Smigl. & crassa petitio principii, nec testimonio ullo probari potest. Nam verba Ioh. 1. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*, accipi possunt, de tempore, quo Iohannes ista scribebat, ut sensus sit: Vnigenitus, qui nunc est Deo charissimus, is antea Dei voluntatem perfectam nobis enarravit, de quo plura alibi supra. Verba Iohannis 3. *Qui est in cœlo*, legi posse, *qui erat*, & ipsa vox græca patitur, & interpretes hac in re minime suspecti, & linguarum peritissimi testantur. Unde etiam constat, quam verè dixerit Smigl. consensum *omnium* scripturæ interpretum satis docere, non aliter esse legendum. Si dicat, se suos omnes intelligere, tum nimis in alios interpretes injurius erit, qui nulla re interpretibus Pontificiis cedunt: imò, si, quod res est, dicere velimus, multis modis plærosq; superant; tum turpiter nimis se geret, qui suorum tantū testimonio suam causam tueri conetur. Quod verò alibi legimus, Christum dixisse, *volo ut ibi sint mei discipuli ubi ego sum*, id facile ita explicari potest, ut de futuro tempore intelligatur. cū nihil ubi sit in sacris literis, quàm de rebus certò & brevi futuris ita loqui, ac si essent præsentis. Hinc dicuntur Christiani esse a mortuis resuscitati, in cœlis collocati, glorificati, cū tamen ea omnia sint demum futura. Jam si de illis, qui gratiâ istâ excidere possunt, & longo demum post tempore istâ fruituri sunt, dici nihilominus potest, eos illâ jam frui: quantò magis de eo, qui immutabiliter in regno cœlorum, & brevi post, cū ista diceret, futurus erat, jure id dici potest?

Ineptus autem est valdè Smigl. dum sic ait: *Neq; verò dici potest, loqui Christum in presenti, eò quod brevi post ibi esset futurus: Cur enim de se in presenti, de discipulis in futuro loqueretur? Quis enim non videt, causam fuisse justissimam, aliter de discipulis loquēdi quàm de se. cū constet, Christum paulò post ascendisse in cœlum, discipulos verò omnes expectare illum diem judicii ultimum, quo, ut Paulus loquitur, sibi & omnibus, quicunq; dilexere gloriosum adventum ipsius, redditurus est justus judex Dominus, coronam justiciæ? Num fortasse voluit Smigl. innuere, discipulos etiam post mortem re ipsa con-*

Eph. 2. 6.  
Rom: 8. 30.

2. Tim: 4. 8.

secutos esse regnum caelorum? Sed hæc iterum crasse erronea est, de sanctorum apud Deum ante diem iudicii existentia, opinatio, jam pridem mundo revelata, quam nemini cordato aut pio persuasurum se unquam, certo credat Smiglecus.

De loco Ioh. 8. 58.

Illud verò, quod Ioh. 8. legitur: *Antequam Abraham fiat, ego sum?* quid huc, quæso, facit, cum propositum fuerit Smigl. probare, Christum, cum in terra esset, simul etiam in caelo fuisse: hic verò tantum dicatur, Christum fuisse, non indicato loco, ubi fuerit? Præterea, quam ineptè a Smiglecio verbis illis, *Ego sum*, attribuitur hic sensus, *Ego semper sum?* Sola sanè desperatio sic loqui Smigl. jubere videtur. Quis enim nescit, in eodem capite v. 12. contineri hujus sermonis fundamentum: *Ego sum lux mundi?* Quis nescit in eodem cap. idq; bis eadem verba simpliciter posita, *ego sum*, ex præcedentibus, in quibus sensus eorum integer habetur, & ex quibus fluunt, ita suppleri posse, *ego sum lux mundi*. Sic enim legitur v. 24. *Dixi ergo vobis, quod moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris:* Et iterum v. 20. *Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscitis, quod ego sum, & a me ipso facio nihil.* Quid igitur verisimilius est, quam eodem modo, quo antea bis hæc verba accipiuntur ellipticè, accipi etiam tertio in eodem capite? & non bis de eo, quod textus suadet, quod scilicet fuerit lux mundi, tertio verò de eo, quod novum prorsus & a proposito Christi alienum est, quod scilicet semper fuerit. Vnde apparet, quam vana sint omnia, quæ Smiglecus, pro sensu suo horum verborum obtinendo, differit, de eo, quod Christus dixerit simpliciter & absolute, *Ego sum*, non autem, *ego sum lux mundi*, cum scilicet ostensum est, verba eadem bis in eodem capite absolutè legi, & tamen supplenda utrobique esse.

Non puto autem dicturum Smiglecium, Christum affirmare, Iudæos morituros in peccatis suis, nisi credant eum semper esse. Id enim nunquam ab illis requisierat: sed hoc, ut crederent, se esse lucem mundi; nec etiam certum est, Iudæos cognovisse aut cognoscere potuisse tunc cum filium hominis exaltaverunt, eum semper fuisse. Imò contrarium ejus cognoverunt. Nam semper esse, vel Deum unum esse, & exaltari, nempe in crucem, ita pugnant, ut alterum alterum necessario tollat. Post exaltationem autem Christi in crucem cognitum fuisse, Iesum esse lucem mundi, quod antea non tam clarè cognosci potuit, res ipsa loquitur. Antea enim in Christo quædam erant scandali plena, adeò ut Dominus ipse diceret, beatum esse eum, qui in se non offenderet: At post Christi mortem & exaltationem ea consecuta sunt, quæ unicuique sufficientissimam cognoscendi, quod Iesus esset lux mundi,

Matth. 11. 6.

mun  
gant  
spon  
eo, q  
Nam  
nec  
Abra  
fam  
ante  
verb  
ne m  
& ali  
dicer  
ri del  
fuera  
temp  
Rend  
Quoa  
ante  
xisten  
respo  
nemo  
rit. E  
stus,  
bet,  
obje  
ne di  
dirige  
prop  
falsa  
dixer  
enim  
disti  
pater  
Quæ  
brah  
nullo  
snim

mundi, causam præbere poterant. Quod idem etiam Christus pereleganter alibi & argutè innuit. Ioh. 3. 14, 16. & 12. 32. Quo etiam simul responsum est ad id, quod absq; ulla necessitate hic inseruit Smigl. de eo, quod ibi additur, de Abrahamo, quem Christus futurum esse dixit. Nam etiamsi simpliciter dicatur, Abrahamum fieri, tamen profus necesse est, sermonem ibi esse de factione (ut sic loquar) non essentiæ Abrahami, sed ejus rei, quam designat nomen illius, idq; ob hanc causam, quòd ibi dicitur a Christo, non antequam Abraham fieret, sed antequam fiat, hoc est, de re non præterita sed futura. Sic enim cogunt verba græca locum illum convertere, ut docuimus tum in refutatione monstrorum, tum in tractatu de hoc ipso loco nuperrius edito, & aliis scriptis. Certum autem est, Abrahamum tunc, cum Christus ista diceret, fieri non potuisse quo ad essentiã. Relinquitur igitur, cum fieri debuisset, quo ad sensum nominis. Is enim antea nunquam impletus fuerat, cum tantum una Iudæorum gens populus Dei ad istud usq; tempus esset.

Sed adhuc habet argumentum Smigl., quo extra oleas vagans, ostendere conatur, hic de existentia ante Abrahamum sermonem esse. Quod scilicet Iudæi non inserint, an Christus lux mundi esset, sed utrum ante Abrahamum existeret. Itaq; necessarium esse, Christum etiam de existentia sua ante Abrahamum respondisse, alioquin extra propositum respondisset, Et rei hujus signum esse ait, quod per mille sexcentos annos nemo ex doctoribus inventus sit, qui Christum de luce loqui deprehenderit. Hic respondeo: non necesse esse, ut de eodem responderit Christus, quod sibi objiciebatur. Hoc enim tunc tantum fieri solet & debet, quando objectio est legitima vel saltem probabilis: Cum verò objectio est captiosa, fallax, & falsa, prudentiã vel saltem probabilitate directa, cum perditis non contendere amplius, sed aliò sermonem dirigere; & eis, quod Christum hic fecisse videmus, pœnas divinas proponere. Objectionem autem Iudæorum captiosam, fallacem & falsam fuisse, vel hinc constat, quòd id Christo objiciebant, quod nec dixerat, nec ex ejus sermone colligi ullo modo poterat. Objiciebant enim Christo: *Annos quinquaginta nondum habes, & Abrahamum vidisti.* Hoc verò Christus non dixerat. Tantum enim dixerat: *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, & vidit & gavisus est.* Quæ verba, si communi more accipiantur, tantum hoc continent, Abrahamum vidisse, non quidem ipsum Christum, sed diem Christi: nullo verò modo continent, Christum vidisse Abrahamum. Poterat enim videre Abrahamus diem Christi, etiamsi Christus nondum esset, cum

Quando locus sit directis responsionibus, & quando non.

Captiosa Iudæorum objectio.

set, cum proprium sit Prophetarum (qualis erat etiam Abraham) futura tanquam presentia videre. Iam dum obijciunt Iudæi Christo, quod dixerit, se Abrahamum vidisse, nonne captiosè & malitiosè agunt, & proinde indigni sunt, quibus aliquid amplius directè respondeatur?

Sed præterea, si, quod res est, consideretur, Christum non dixisse, Abrahamum vidisse diem suum, sed tantum dixisse, Abrahamum cupisse eum videre, & si vidisset, gavisurum fuisse, quæ lectio & ex vi linguæ Hebraicæ obtineri potest & debet, ut alibi a nobis demonstratum est. unde & in simili ejusdem capituli loco, ea verba græca, *ἴδω*

Ioh: 8. 4.  
Vvolfgangus Mufculus, Henr. Bullingerus.

*Ἀβραάμ, ἔκ' ἐπιόντων*, quæ propriè sonant, *Hoc Abraham non fecit, ita sunt conversa* ab aliis minimè hac in re suspectis interpretibus, *Hoc Abraham non fecisset*; Et præterea vero multò similis est, Christum dixisse, Abrahamum, si vidisset diem suum, gavisurum fuisse, quàm Abrahamum diem Christi vidisse & gavisum esse. Hoc enim, ut ut verum fuisset & Christo cognitum, nihil aut parum apud adversarios valuisset, imò ridendum eis Christum propinasset, quia scilicet nusquam in sacris literis haberetur: Illud verò & recte dici a Christo, & Iudæis exprobrari meritò poterat, nempe non futurum fuisse similem illorum Abrahamum, si tunc, cum Christus in mundo fuit, vixisset, quemadmodum etiam suprà dixerat, hoc Abrahamum non facturum fuisse, ut scilicet cogitaret de interimendo homine innocente, quod Iudæi, qui se filios Abrahami venditabant, faciebant. Si inquam, hoc consideretur, & hic sensus admittatur, multò magis constat, quàm non necesse fuerit, ut Christus ad id responderet, quod tunc urgebant Iudæi. Nam præter cavillationem, malitia etiam quædam in illis apparebat, qui, captato sono verborum Christi, & sensu repudiato, quem, si Christi verba attendissent, elicere ex illis potuissent, quidvis potius oblaterare Christo, quàm veritati cedere volebant. Digni igitur erant, qui relinquerentur isti suæ malitiæ, & quibus, nisi in tempore resipiscerent, gravissimum Dei supplicium denunciareretur, quod erat, translatio ab illis beneficii divini, quod tunc illis offerrebatur, ad alias gentes extraneas. Tunc enim factus est revera Abrahamus. Quam prædictionem Iudæis non profus fuisse incognitam vel hinc patet, quod lapides sustulerint, ut in Christum jacerent. Nihil enim minus ferre poterant, quàm tales minas, sive directas, sive indirectas. Hinc legimus, cum Christus satis argutè id ipsum prædiceret, quod eum extra urbem in montem deduxerint, ut inde eum præcipitarent; & alibi, quod eum propterea cæpere voluerint. Et de Paulo legimus, quod cum de conversione sua apud Iudæos dissekeret, placidè audierint usq; ad ea verba: *procul te mittam ad gentes*. His verò auditis

Luc: 4. 29.

March: 21. 45.

Act: 22. 21, 22.

ita esse

41  
ita esse  
re. At  
adder  
A  
sunt  
prem  
per a  
denti  
quàm  
carne  
id ver  
clarju  
Abrah  
& tam  
bum  
lage, q  
mitter  
la est,  
illoru  
ctores  
bundu  
annos  
dubiu  
rii fue  
qui si  
is de h  
res ita  
Sed ha  
P  
Christi  
quæ sci  
respon  
pe ibi  
fuit, ve  
ctoru  
us: sed  
bam il  
admod  
crificia  
buisse,

ham) fu-  
Christo,  
ose agūt,  
ondeatur?  
n dixisse,  
num cu-  
o & ex vi  
monstra-  
eca, 787o  
non fecit,  
pretibus,  
est, Chri-  
um fuisse,  
oc enim,  
ad adver-  
ia scilicet  
Christo,  
a fuisse si-  
ndo fuit,  
num non  
ine inno-  
iebant, Si  
agis con-  
et, quod  
iam quæ-  
, & sensu  
is potuif-  
ere vole-  
x quibus,  
denunci-  
c illis of-  
ra Abra-  
ognitam  
nt. Nihil  
ive indi-  
diceret,  
præcipi-  
Paulo le-  
placide  
o auditis  
ita esse

ita esse vociferatos, Tolle de terra hujus modi, non enim fas est eum vivere. Atque ex his satis superque refutatum est, quod de loco Ioh: 8. hic addere libuit Smiglecio.

Ad illud de doctoribus, qui per 1600 annos locum hunc ita non sunt interpretati, hæc habeat Smiglecus: Autoritate humana aliquæ premere, est causa suæ desperationem proderet. Rationes verò semper autoritate humana validiores sunt, quas quia hic habemus evidentissimas, dormitasse istos bonos doctores dicendum potius est, quam committendum, ut eorum nuda autoritas obtineat. Verbum carnem esse factum, hæcenus omnes interpretes sentiunt: & tamen id verum non esse, vel saltem non necessarium, ipsa luce meridiana clarius est & futurum erit: Iesum non angelos assumisse, sed semen Abrahami assumisse, omnes fortasse interpretes Smiglecii sentiunt, & tamen, de re præsentis sermonem esse, ipsissima est veritas, ut verbum *assumit*, vel *apprehendit*, bis collocatum, docet. Ut enim enallage, quâ præsens pro præterito usurpatur, detur: nunquã tamen ea admittenda est, nisi ubi summa rei cogit necessitas, quæ hic prorsus nulla est, ut alibi docuimus. Non verbis scilicet sacrarum literarũ, aut iustæ illorum versionis, sed causa suæ & sententiæ jampridem receptæ, Doctores istos gratificatos esse, statuendum est. Quamquam nimis gloriabundum est, dicere, neminem ex omnibus doctoribus, qui per 1600 annos vixerunt, fuisse, qui hoc de luce mundi intelligeret. Nec enim dubium est, multos fuisse doctores, qui doctoribus Smiglecii contrarii fuerunt in sententia de filio Dei, quorum libri hodie nulli extant, qui si extarent, fortassis aliquid aliud, quàm quod Smiglecus cum suis de hoc loco sentit, haberemus. Fieri etiam potest, ut multi doctores ita senserint ut nos, & tamen scriptis id non comprehenderint. Sed hæc leviora sunt, quàm ut diutius eis immorari necesse sit.

Præcipuum porro errorem Socini esse ait Smiglecus, quod hæc Christi in cælum ante mortem ascensio sacris literis manifeste repugnet, quæ scilicet asserant, Christum semel in sancta sanctorum introisse. Sed responsionem habet a Statorio allatam Smiglecus verissimam, nempe ibi sermonem esse de ascensu Christi in cælum, quatenus sacerdos fuit, vel cum sacrificio. Tali enim modo semel tantum in sancta sanctorum ingressus est Iesus. Hanc responsionem non recipit Smiglecus: sed causam, cur eam non recipiat, nullam adfert idoneam. Ascribam illius verba. Nam ex eadem ait, *figura perspicuum est, quod quemadmodum sacerdotem legalem nefas erat ingredi in sancta, nisi cum sacrificio: ita neque Christum hominem alia ratione in cælum ingredi debuisse, nisi per sacrificium corporis sui. oportuit enim Christum pati & resurgere*

Rationes semper  
humana autori-  
tare validiores  
sunt.  
Ioh. 1. 14.

Heb. 7. 16.

Heb. 9.

Christus semel  
cælum ingressus  
dicitur, quatenus  
pontifex.

resurgere à mortuis, & intrare in gloriam suam. Hoc verò quid est aliud, quam id, quod jam semel dictum erat? Non debuit Christus, ut sacerdos, in cœlum ingredi alia ratione, quàm per sacrificium corporis sui: At hinc non sequitur, non potuisse eum, qui deinceps ingressus est semel in sancta, ut sacerdos, Dei voluntate ita ferente, in cœlum antea ingredi alia de causa, & alio respectu. Quemadmodum nihil etiam impediēbat, quo minùs sub lege is, qui quotannis ordinariè in Sancta cum sacrificio ingrediebatur, in eadem etiam alio tempore extraordinariè alia de causa ingrederetur, si Deus ita voluisset. Quare nihil huc facit testimonium ex Luca allatum. Christus enim, cùm in cœlos ascendit ante mortem, non ita in gloriam suam introiit, ut post resurrectionem: imò, in gloriã suam veram eum tunc introiisse, statui nullo modo debet, cùm, post ascensionem illam, calamitatibus & morti truculentæ obnoxius fuerit, Christi autem gloriæ ea proprietas est, ut nec mori nec affigi, post eam obtentam, possit. In locum tantùm gloriæ suæ ingressus fuit antea Christus: at post mortem, in ipsam gloriam.

Luc: 24. 26.

Christus ante resurrectionem in gloriam suam non intravit, sed in locum gloriæ.

Scriptura id dicit, quod ex ea colligitur necessariò.

Ioh: 6. 62.

In libello de Divinitate Christi, cap: 4.

Illud verò puerile est. *In tota Scriptura inauditum est, Christum bis ascendisse in cœlum.* Nam etiamsi vox *Bis* non legatur, legitur tamen id, unde id necessariò evincitur. Filium hominis enim ab eundem se eò, ubi priùs erat, quid est aliud, quàm eum bis illuc ascendisse. cùm filius hominis in cœlo, in quod deinde post mortem ascendit, esse nò potuerit, nisi per ascensionem. Vnde patet, falsum id esse, quod addit Smiglecus, *neque si hic alter ascensus accidisset, ullo modo illum scriptura dissimulasset, esset enim res maximè insignis, & ad conciliandam summam Christo auctoritatem pertinens.* Disertissimè enim, ut ostendimus, descriptus est tum in loco citato, tum in aliis, etiamsi modus & tempus non sint ita disertè expressa, quod tamen ad fidem ipsi rei derogandam nihil facere: alibi a nobis demonstratum est, ubi etiam ostendimus, hoc plurimùm facere ad divinam Christi muneri auctoritatem conciliandam.

His argumentis suis absolutis Smiglecus, nostram etiã argumentationem diluere aggreditur, quã docemus, siquidem dicatur, filium hominis in cœlo fuisse, necesse esse, admittere, Christum (non quidem ut ille loquitur, secundum humanam naturam, sed) hominem jam natum in cœlo fuisse. Alioqui, non filium hominis, sed alium quem in cœlo fuisse, dicendum esse. Sed quo successu, videamus diligenter.

Respondet igitur, *Scripturam ita asserere, Christum in cœlo fuisse, ut carne in terris toto vitæ suæ tempore esse non desineret, idq; se paulò ante osten-*

ante ostendisse. Hoc quam verum sit, ex iis, quæ paulò ante respondi-  
mus ad alterum argumentum Smiglecii, tu cordate lector, perspice.  
Deinde dicit, quòd filius hominis in cælo fuisse dicatur, ad id satis esse,  
ut aliqua sua substantià ibi fuerit, nempe divinà. Filium autem hominis  
habere duplicem substantiam, & etiamsi non extiterit humana substan-  
tia, extitisse tamen divinam. En responsionis modum Smigleceianum.  
Cum scilicet non habet quod respondeat aliud, impudenter id, quod  
est in principio, petit; & adversariū eo opprimere summa vi nititur,  
de quo ipsissima controversia est. Nūc enim hoc unice agitur, an Chri-  
stus vel filius hominis duas substantias habeat: & Smiglecus, ac si jam  
eà probatæ essent, & inter nos de illis substantiis conveniret, objecti-  
ones nostras illo diluit. Qui modus respondendi si valet, jam semper  
victoriam nobis de Smiglecio polliceri possumus. Fabulam esse dici-  
mus, a Christianophilosophis confictam, istas duas in Christo sub-  
stantias vel naturas, sacris literis ignotam, imò sacris literis & san-  
ctæ rationi prorsus contrariam. Ridemus igitur, & magno animo con-  
temnimus omnes istas responsiones adversariorum, quibus ad hoc  
deploratum asyllum confugiunt; & ex eo firmiter concludimus, eos,  
dum ita respondent, jam manus dare a veritate cogi: nolle autem da-  
re, quia vel parum sint candidi, vel nimis auctoritati istorum, qui dis-  
tinctiones istas confinxerant, tribuant: adversarios verò nimis con-  
temnant, quos similes esse putant illis, qui olim gravissimè ecclesiam  
Homousianorum premebant, & quibus tandem superiores evasere,  
vel ob aliam quamcunque Theologis & piis hominibus parum di-  
gnam causam.

Sed habet aliud quid, unde colligit Smiglecus, Christum in cælo  
fuisse, antequam nasceretur. Quia scriptura, cum Christum in cælo fuis-  
se docet, nusquam ascensus meminerit. Sed & hoc infirmissimum est.  
Cum enim dicit scriptura, filium hominis antea in cælo fuisse, quàm  
illuc ascenderet, non potest non dicere tacitè, filium hominis eò a-  
scendisse. Filius enim hominis non potuit in cælo esse, nisi per ascen-  
sionem. Et certè, nisi istæ plusquam figuratæ locutiones vel potius af-  
fania Smiglecii de filio Dei extitissent, nemo unquam vel dubitare  
potuisset, filium hominis in cælum ascendisse, quia in cælo fuisse le-  
gatur. Quanquam ascensionis filii hominis disertè etiam mentionem  
fieri dici potest Ioh. 3. in illis verbis: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de-  
scendit de cælo, filius hominis, qui erat in cælo.* Quod verò de vocibus,  
*Qui est*, argutatur Smiglecus, id mera conjectura est, & falsa nititur  
vocis græcæ ὅς interpretatione. hanc enim non minùs, qui erat, quàm,  
qui est, converti posse, jam antea docuimus.

Smigl. principium petit.

Christus per ascensionem fuit in cælo, ex quo descendit.

Cramben autem recoquit Smiglecius, nescio quo sine, dum in hoc capite iterum atq; iterum dicit, exitum Christi a Patre contigisse ante Christi in mundum adventum. Hoc enim antea non semel ab eo dictum & a nobis refutatum fuerat. Sed & hic iterum breviter respondeo. Verum est, Christum a Patre exiisse, vel de caelo descendisse, ante adventum suum in mundum: Sed falsum est, adventum Christi esse censendum ab ejus nativitate. Apertè enim distinguit scriptura sacra Christi nativitatem ab ejus in mundum adventu, & illam huic antea ponit; & tunc demum Christum in mundum venisse dicendum est, quando munus suum coepit, quemadmodum etiam de aliis, qui tamen in caelo nunquam fuere, dicitur, eos & missos fuisse, quod idem est cum adventu in mundum, & in mundum exivisse, adeo ut nemo in mundum venire vel exire possit, qui prius in mundo non fuerit, ut antea dictum fuit.

Christi adventus  
& nativitas dif-  
ferunt.  
Ioh: 18. 37.

Infirmum autem pariter est argumentum Smigl. dum ait: *Quemadmodum mundum tunc reliquit Christus quando mortuus est, ita tunc in mundum venit, quando natus est.* Nam & incertum est, an per relictionem mundi mors præcisè designetur, cum videamus, per abitum ad patrem alibi mortem Christi designari, qui hic discernitur a relictione mundi; & possint verba, *relinquo mundum*, ita accipi, jam cesso munere meo amplius fungi, & paro me ad mortem: & etiamsi certum esset, tunc Christum mundum reliquisse, cum mortuus est, tamen ex hac phrasi, quæ est propria, nempe, relinquendi mundum, non posset peti significatio phrasis istius minus propria, venire in mundum, nisi aliunde constet, venire in mundum, significare nativitatem alicujus. Ipsa autem natura verborum reclamatur, cum his, qui nascitur, nondum re ipsa in mundo sit, & proinde venire aliquid non possit: eum verò, qui venit aliquid, jam ante fuisse, quàm veniret, præsupponitur.

Quid sit mundum  
relinquere.  
Ioh: 16.

Mirum est autem, Smiglecium ad demonstrandum, tunc Christum in mundum venisse, quando natus fuit, attulisse locum Gal. 4. ubi Paulus ait, Deum emisisse filium suum factum ex muliere, cum hinc contrarium prorsus colligi possit. Eum enim, qui jam factus erat ex muliere, misit Deus. Vnde constat, eum jam ante extitisse, & extitisse per nativitatem ex Maria virgine, qui missus fuit, ut scilicet hinc agnoscas, tunc Christum missum fuisse, cum munus suum aggressus est. Tunc enim verè perfectio temporum venit: tunc verè Christus sub Lege esse potuit, quod mox ab Apostolo additur: tunc eos, qui sub lege erant, liberare potuit & liberavit. Nec minus illud mirum est, quòd locos 1. Timoth. 3. & 1. Ioh. 4. ad eandem rem demonstrandam attulerit Smiglecius. In priori enim loco deferenda illi est vulgata versio, quam alio-

De loco Gal: 44.

Missio nativitate posterior.



quam alioquin omnibus præferre non dubitat. hæc enim non habet vocem Deum, sed omnia ea, quæ ibi dicuntur, de pietatis mysterio accipit. Deinde etiamsi vox Deus legatur, non constat tamen, de Christo ibi sermonem esse. Nihil enim impedit, quò minus omnia illa, quæ ibi commemorantur, de Deo Patre accipiantur, qui solus voce *Deus*, quando subjecti locum habet, insignitur, & præter eum nemo alius. Is *manifestatus est*, hoc est, voluntas ejus patefacta est, *in carne*, hoc est, per infirmitatem tum Christi tum Apostolorum: *is justificatus est in spiritu*, hoc est, pro vero habitus est per virtutem divinam, quæ in iisdem sese potenter exeruit: *visus est Angelis*, quia nulli creaturarum ista Dei voluntas de salute humani generis antea fuit cognita, quàm per Christum revelaretur; *prædicatus est in gentibus*, quæ scilicet antea a Deo & voluntate ejus erant alienissimæ; *creditum est ei in mundo*, *receptus in gloria*, h. est, gloriosè, quatenus non tantum in uno atq; altero loco, sed ubiq; locorum, nec tantum qualicumq; modo, sed modo omnium gloriosissimo; ista Dei voluntas, a multis scilicet a sacriter recepta & constanter retenta fuit, qua de re alibi a nostris plura dicta sunt, & infra iterum dicendum est, ubi ex professo locum hunc tractat Smiglecus.

Sensus loci  
1 Tim: 9.

Deniq; etiamsi tandem de Christo intelligi locum illu posse concedatur, nihil id tamen Smiglecium in præsentia controversia juvaret. Potuit enim Christus in carne manifestari, nec tamen hinc sequitur, eum nascendo in mundum venisse, quod probandum fuit Smiglecio.

Locus verò 1. Joh: 4. in quo dicitur, Iesum qui in carne venit, esse Christum, tantumdem juvat Smiglecium, nisi probetur *venire in carne*, esse, nasci, quod, ut supra docuimus, impossibile est. Nam qui in carne venit, eum jam carnem habere, necesse est: qui verò nascitur, is nondum est, nedum ut in carne veniat. Vnde factum est, ut pleriq; Iohannem dicentem faciant, Iesum, qui in carnem venit, vel, ut adhuc ineptius loquuntur, Iesum in carnem venisse; & ipse Smigl., si causam suam tueri velit, ita tandem Iohannis verba explicare cogitur, sed quàm ineptè & imperitè, locus ipse indicat. Is enim vult, ut is Iesus pro Christo agnoscat, qui in carne venit, hoc est, qui infirmitate circumdatus munus suum obijt, qua infirmitate plurimi offensi, negabant Iesum illum esse Christum, & hunc Antichristi spiritum Apostolus esse affirmat. Non negabant autem illi Antichristi prodromi, Iesum natum esse, vel etiam in mundo fuisse & alios docuisse. hoc enim nimis crassum fuisset, & testimonio illorum, qui Christum & viderant, & audierant, refelli poterat: Sed eum, quem fuisse in mundo confitebantur, negabant esse Christum, propterea quia ni-

In carne venire  
quid sit.

quia nimis magna infirmitate circumdatus, tum toto vitæ suæ tempore, tum in ipsa morte fuisset.

Nativitas & missio Christi dif-  
ferunt.

Ait porro Smiglecius, dubitari non posse, Christum ex eo tempore, quo natus est ex virgine, fuisse à Deo missum & datum nobis in salvatorem, & hinc concludi debere, tunc etiam Christum de caelo descendisse, quando natus fuit. Sed dubitari non tantum posse, verum etiam debere vel hinc constat, quod nusquam scriptura, cum de Christi nativitate loquitur, missum eum esse testatur, nec, ut antea docuimus, testari potest. cum is, qui nasci debet, nondum in mundo sit, & proinde mitti nequeat: eum verò, qui mittitur, jam extare, ipsa res loquitur. Quæ verò affert ad hoc comprobandum loca Smiglecius, ea nihil ad rem faciunt. Nam Esa. 9. filium datum esse nobis dici potest, quatenus is, qui natus fuit parvulus, eo fine natus & datus fuit, ut deinceps nostram salutem procuraret, que madmodum etiam Angelus dicebat pastoribus: Hodie vobis natus est Servator. Infanti verò nomen Iesu & Christi impositum fuisse, non docet, cum tunc, cum nasceretur, re ipsa id habuisse aut etiam præstitisse vel præstare potuisse quod verba præ se ferunt. cum ob certè futurum munus ista nomina ei imposita fuisse nemo non videat.

Luc: 2. 11.

Locum verò Iohannis 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, &c. ad Christi nativatem pertrahi, quàm sit frivolum & Theologiæ doctoribus indignum, in refutatione Monstrorum docuimus. Summa rei est, vocem dandi de datione in mortem accipiendam esse. Probatur enim vel saltem declaratur his verbis, quod paulò antè dictum fuerat de exaltatione filii hominis ad eum modum, quo Moses serpentem in deserto exaltarat.

Dare est in mortem dare, Ioh: 3.

Quòd porro de ingressu Christi in mundum & oblatione sui pro nobis Heb: 10. 5. dicitur, id ad Christi nativatem nihil profus pertinere, copiosè demonstratum est in eadem refutatione Monstrorum, ubi etiam illud idem satis prolixè tractat Smiglecius. Hoc autem nimis temerè a Smiglecio dictum est: Erat enim Iesus etiam infans propositus omnibus in Salvatorem, ut qui etiam tum crederet in illum, non periret, sed haberet vitam æternam, quod nullo nec testimonio sacrarum literarum, nec ratione ulla probari unquam potest. Nam in Christum credere nemo potuit, nec per fidem in illum vitam æternam habere, priusquam munus Servatoris obire, & fidem illam in se collocandam docere cepit.

Error crassus  
Smiglecii.

Fides in Christum cepit ab eo tempore, cum is docere cepit.

Denique quid est, quod Smiglecius ait, Christum eum dixit, In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, eo ipso ostendisse, se tunc, cum natus est, venisse in mundum ad perhibendum testimonium veritatis,

47  
ritat  
fuit  
do in  
ritat  
rem  
stina  
duce  
docu  
man  
cum  
suun  
tur S  
repe  
pto  
prop  
rit, e  
filium  
isse in  
petit  
ab eo  
  
I O H  
rati  
poter  
conce  
Deum  
pio o  
Smig  
bum  
ejus p  
cipio  
um e  
quod  
quod  
princi  
fuit, q

tempo-  
 mpore,  
 vato-  
 ndisse,  
 m de-  
 nati-  
 us, te-  
 proin-  
 loqui-  
 ea ni-  
 potest,  
 ut de-  
 angelus  
 rō no-  
 m na-  
 tuisse  
 mina

sum  
 frivo-  
 rum  
 a acci-  
 quod  
 n mo-

ni pro-  
 sper-  
 rum,  
 m ni-  
 pro-  
 non  
 acra-  
 am in  
 xter-  
 in so

t, In  
 tunc,  
 n ve-  
 ritati,

ritati. cūm potius ipsa Christi verba doceant, Christum prius natum fuisse quā in mundum venit; & non tunc, cūm natus fuit, sed quando in mundum venit, testimoniū veritati perhibuisse, ut ipsa res loquitur. Natum autē se fuisse ad hoc, ut testimoniū perhiberet veritati, ideo ait, ut apparet, eum non contingenter fuisse Servatorem sed necessario, ut pote qui antea, quā nasceretur, jam ad id destinatus fuerit, & de inde ad hoc ipsum natus, ut illud ad exitum perduceret. Vnde tandem videre est, quā frustra conetur Smiglecus docere, Christum tunc in mundum venisse, cūm natus est; & firmum manet, Christi in mundum adventum & missionem tunc capisse, cūm Christus, Servator noster re ipsa esse capit, hoc est, cūm munus suum propheticum obit. Quā deinceps ad finem capitis persequitur Smiglecus, ea lubens prætereo. nihil enim aliud sunt, quā mera repetitio eorum, quā & in hoc ipso capite & alibi in hoc eodem scripto satis prolixè tractavit Smiglecus. Summa est. Filium hominis propriè de cælo descendisse, quia propriā suā substantia in calis fuerit, etiam si humana substantia non fuerit: non alium quendam præter filium hominis, sed secundum aliam substantiam filium hominis fuisse in cælo dici. Ad quā jam ante responsum est per ea, quod crassam petitionis principii committat fallaciam Smiglecus, quā nunquam ab eo committi debet, qui alios docendi sibi provinciam sumit.

## CAPVT IX.

*Quid sit apud D. Iohannem: Et Deus erat Verbum.*

**I**OHANNEM illis verbis, Deus erat verbum, essentiam verbi declarare, pernegamus. Probat id Smiglecus eo, quod nihil aliud esse poterat, nisi Deus, si & in principio erat, & apud Deum erat. At Arius concedebat, verbum fuisse in principio omnium rerum, & tamen Deum, nempe illum unum esse, negabat. Nos verò verbum in principio omnium rerum fuisse negamus, nec id docere potuit hactenus Smiglecus, ut ex capitibus superioribus cōstat. Negamus etiam, Verbum ita apud Deum fuisse, ut ea apud Deum sunt, quæ ad substantiam eius pertinent, sed dicimus, ita apud Deum fuisse Sermonem in principio, ut sunt Angeli, vel ut alia, quæ Deo soli cognita sunt, apud Deum esse dici possunt. Nullum est igitur hoc argumentum Smiglecii, quod deinde iterum ascriptis suo more. Dico iterum, sit verè Deus id, quod in principio omnium rerum est, & est in Deo vel apud Deum in principio, si Christus nec in principio omnium rerum fuit, nec in Deo fuit, quid hoc iuvabit Smiglecium? Imò ex eo, quod Christus distin-

ctè, &

Quid sit, Christum natum fuisse, ut testaret de veritate.

*1. Argumentum Smiglecii. Refutatio.*

Quomodo Christus apud Deum fuerit.

Etè, & in principio fuisse, & apud Deum in principio fuisse dicitur, constare dicimus, hic de principio omnium rerum sermonem non esse. nam qui ab aeterno est, is nusquam alibi quàm apud Deum esse potest: & quia Christus apud Deum fuisse dicitur, hinc concludi potest, eum in Deo non fuisse. Et hoc unum argumentum est eorum, quæ numeris ad marginem annotavit Smiglecus.

2. Argumentum  
Smiglecii.

Refutatio.

Alterum est, quòd per verbum dicuntur facta esse omnia. Deus autem non per aliquid creatum, sed per verbum sibi consubstantiale fecit omnia. Sed dum non probatur, in verbis, per eum facta sunt omnia, contineri creationem cæli & terræ, quid effecit Smiglecus? Aliud enim est facere, aliud creare. Et non ubiq; vox omnia universaliter accipienda, sed plerumq; ad materiam subjectam restringenda est.

3. Argumentum  
Smiglecii.

Refutatio.

Psal: 8. 6.

Hebr: 2. 7.

Psal: 82. 6.

Ioh: 10. 34.

Cur Christus non  
sit Deus unus.

Tertium est. Quia verbum absolutè Deum vocat, nulla particula addita, quæ Dei impropriad acceptionem denotet, sed eo planè modo, quo Deus verus absolute nominatur Deus. At & Angeli & homines absolutè Dii appellantur, nullâ additâ particulâ, quæ impropriad Dei acceptionem denotet, nec tamen sunt Deus ille unus. Deinde etiam si non addatur particula aliqua ad vocem Deus, cùm de Christo sermo est, quæ impropriad Dei acceptionem denotet, addita tamen sunt ea, quæ plus valent, quàm particula aliqua. Nam, cùm dicitur Sermo, talis Deus esse, qui apud Deum, nempe illum unum fuerit, non absolutè Deus esse dicitur ullo modo: cùm item absq; articulo in græco Deus esse dicitur, & cùm vox Deus non subjecti sed prædicati locum hîc habet, non planè eodem modo, quo Deus ille unus, qui pater est, Deus nominatur.

4. Argumentum  
Smiglecii.

Refutatio.

Quartum est a more loquendi Iohannis, qui id, quod in fine sententiæ prioris nominaverat, repetit in initio sequentis, & quidem eodem sensu. Sed hoc jam dilutum erat a Socino, qui docuerat, conjecturam istam non tanti esse debere, ut Iohannem fallâ & absurda dicentem faciamus, qualia essent, eundem esse, qui est apud aliquem, & apud quem alius est. Deinde docuerat, satis esse ad ostendendum, morem istum observatum esse, si idem nomen positum sit in initio tertiæ sententiæ, quod positum erat in fine secundæ, etiam si diversa significatione, quemadmodum etiam v. 10. de alio prorsus mundo (ex mente etiam adversariorum) sermo est in initio tertiæ sententiæ, quàm in fine secundæ. Mundus enim, qui Christum non cognovit, non est ille mundus, qui per Christum factus est. Præterea, cùm ostendisset Socinus, mundum, qui per Christum factus est, futurum mundum significare posse, conjecturam istam adversariorum prorsus fallacem esse demonstraverat. Smiglecus verò ad hæc nihil solidè responderet, sed

tantum

tantum  
se dic  
& dic  
do non  
squam  
dicat  
terpre  
quod  
tame  
tus di  
retur  
ret. C  
mund  
lumin  
quo n  
ctivè,  
H  
rà, ex  
da acc  
argum  
riam v  
vel in  
in Dec  
ipso ja  
um, ni  
set, Ser  
fuisse,  
Deus e  
Deum,  
esse, c  
conseq  
vel nat  
Se  
am resp  
non po  
tribuit  
Deum,  
mo, De  
articulo  
verbun

tantum carpit Socinū, quod v: 10. triplicem mundum significari posse dicat, nempe 1. materialem, deinde homines bonos, denique malos, & dicit, voce *Mundi nusquam homines bonos significari, cum illi de mundo non esse dicantur.* Quæ responsio Smiglecii calumnia illius est. Nusquam enim dixit Socinus, per mundum significari homines bonos. Si dicat Smiglecus, Socinum verba illa, *Mundus per eum factus est*, ita interpretari, mundus per eum reformatus est, jam hoc aliud est ab eo quod illi affingit. Potest enim mundus fieri vel reformari a Christo, & tamen malus manere. Cum ad id, ut mundus per Christum reformatus dici possit, satis sit, per Christum non stetit, quo minus reformaretur, etiam si fieri potuerit, ut re ipsa reformationem non admitteret. Quomodo enim si mundus reformatus re ipsa fuisset, dici posset, mundum eum non cognovisse? Hoc modo supra dicitur, Christum illuminasse omnem hominem, quatenus scilicet per eum non stetit, quo minus omnes illuminarentur, cum interim paucos re ipsa & effectivè, ut sic loquar, Christus illuminârit.

Hactenus se probasse credidit Smigl., Christum esse Deum naturâ, ex verbis Iohannis: Nunc ad ea, quæ nos de illis sentimus, refellenda accedit, quæ priusquam ab illius censura vindicemus, addamus hoc argumenti loco, Iohannem in his verbis, *Deus erat sermo*, non essentiam verbi sed munus ejus significare. Si in principio apud Deum vel in Deo, ut vult Smiglecus, nemo esse potest, nisi Deus; & si, quod in Deo est, Deus est, certè qui de aliquo dicit, eum esse in Deo, is hoc ipso jam dixit, eum esse Deum, nec opus habet addere, eum esse Deum, nisi per vanam *ταυτολογίαν*. Quia verò Iohannes, postquam dixisset, sermonem apud Deum fuisse, addit etiam, illum sermonem Deum fuisse, hinc colligi potest, eum antea non dixisse de sermone, quod Deus esset: & ita falsum esse deprehenditur, id Deum esse, quod apud Deum, vel, ut vult Smiglecus, in Deo est: & vicissim apparet, Deum esse, diversum aliquid esse ab eo, apud Deum vel in Deo esse, & ita consequenter, Deum esse, hoc in loco non esse, Deum esse absolute, vel naturâ, sed certo respectu.

Sed nunc videamus, quid ad nostram de Christo Deo sententiam respondeat Smiglecus. Dicimus, ex voce Dei Christo tributa, non posse colligi naturam divinam. Nam ea & angelis & hominibus tribuitur. Dicimus hoc in loco apud Iohannem distingui sermonem Deum, a Deo illo, apud quem fuit, ita ut Deus ille, apud quem fuit sermo, Deus cum articulo, in græco addito, describatur: sermo autè sine articulo Deus esse dicatur. Respondet Smiglecus, se jam ostendisse verbum a Iohanne absolutè Deum appellari, eo modo quo Deus verus vel

y.

Cur vox Dei hoc in loco non essentiam sed munus Christi significet.

Christus cur non  
prorsus absolutè  
Deus sit.

Aët. 2. 36.  
Hilar. lib: 5. de  
Trinit.  
Ambrosius lib: 1.  
de fide ad Grat.

Ioh. 20. 17.  
ephes. 1. 17.  
1. Cor. 11. 3.

Quatenus Chri-  
stus absolutè De-  
us dici potest.

rus vel unus. Ergo legat ea, quæ ad ista modò respondimus, benevolus lector. Ait, homines Deos appellari, sed non absolutè nec propriè, ut Christus absolutè & propriè appellatur. Sed si non absolutè Deum appellari, est, non sine circumstantia aliqua, impropria significationis indice, ita appellari, ut statim se ipsum explicat Smiglecius, certè absolute Deus non est appellatus Sermo. Magnus enim impropria significationis index est, quòd apud Deum, scilicet illum unum, fuerit, & quòd distinctè apud Deum fuisse, & Deus fuisse dicitur. Hoc enim neutrum dici potuisset, si absolutè Deus esset Sermo. Deus enim ille unus apud Deum esse non potest; nec de Deo uno absq; nugatione dici potest, cum simul ab æterno fuisse & in Deo fuisse, & Deum fuisse, si idem est ab æterno esse, & apud Deum esse, quòd Deum esse, ut vult Smiglecius. Si porrò is Deus absolutè non est, qui non est omnium Deus, & est constitutus Deus, ut ait Smigl. certè Christus non est absolutè Deus. Non est enim Deus Patris sui, ut pater est Deus ipsius; nec talis perpetuò fuit. Iesum enim crucifixum Deus ille unus fecit Dominum, (vel Deum, ut quidam legunt, quòd idem est re ipsa) & Christum. Si deniq; id est improprie Deum esse, constitutum & sub Deo Deorum esse, ut ait Smigl., certè Christus non est prorsus propriè Deus. Deus enim illum Deum constituit, & Deus illius est & caput.

Quanquam notandum est, Christum, etiam si ratione ejus, quòd, quicquid habet & est, Dei dono habet, & est, nec absolutè nec ita propriè Deus dici potest, ut Deus ille unus, qui pater ejus est, sed eatenus ad alios, qui Dei dono Dii sunt, pertinet: tamen rursus ratione ejus, quòd nunc habet & est, absolutè & propriè suo modo Deum jure dici posse. Omnium enim, quæ sunt, solo Deo excepto, Deus est, & solus nomine Dei omnia administrat, quæ ad salutem humani generis spectant, ita ut Christum ex numero eorum, qui Dii Dei dono sunt, eximere oporteat, & unum cum Deo illo uno constituere, & dicendum sit, nobis esse, ut ex multis Diis, unum Deum, patrem, ita ex multis dominis, unum Dominum Iesum Christum, Qua de re plura diximus in refutatione Monstrorum, a Smiglecio confictorum.

Ait Smigl. non necessarium fuisse, ut articulus voci Deus adderetur, eum de sermone est, *ed quòd Deo vero, hoc est uni, qui pater est, tam cum articulo, quàm absq; articulo, Dei nomen tribuatur, & Christo idem Dei nomen, quòd hic absq; articulo in aliis cum articulo detur*, & loca allegat, Actor. 20, 28. Rom. 9, 5. Sed nodum non solvit. Nam firmum stat argumentum. Deum unum Iohannes describit in his verbis, *Et sermo erat apud Deum*, cum articulo. Ergo, cum dein de dicit, *Et Deus erat sermo*, absq; articulo addito voci Deus, Deum illum, de quo antea lo-

cutus

evolus  
 prid, ut  
 Deum  
 ationis  
 rtè ab-  
 e signi-  
 erit, &  
 im ne-  
 e unus  
 ci po-  
 idem  
 migle-  
 eus, &  
 tè De-  
 c talis  
 minū,  
 m. Si  
 orum  
 Deus

quod,  
 pro-  
 tenus  
 ejus,  
 e dici  
 solus  
 s spe-  
 e, exi-  
 ndum  
 lom-  
 in re-

dere-  
 tam  
 idem  
 ca al-  
 m stat  
 ermo  
 eras  
 ca lo-  
 cutus

cutus fuerat, non intelligit. Is enim est Iohannis mos, ut, prius vocabulo absque articulo posito, deinde, illud iterans, articulum ei addat, ut consistet, de re paulò antè nominata sermonem esse, ut Socinus eleganter docuerat ex ver: 4. Ibi enim in verbis, *In ipso vita erat*, nullus est in Græco articulus voci *Vita* præpositus: cum verò ait, & *vita erat lux hominum*, voci *Vite* articulum addidit. Et ex cap: 13. v: 3. ubi, cùm dixisset Christus, & *quia a Deo exiit*, sine articulo, statim subjiciens, & *ad eum vadit*, indicaturus, se de eodem Deo loqui, de quo multa locutus fuerat, nomini Dei addit articulum. Quomodo igitur, prius posito articulo in verbis, *Sermo erat apud Deum*, articulum deinde omittere potuisset, si de eodem Deo loqui voluisset in verbis sequentibus, & *Deus erat Sermo*? Deinde ut verum est, Dei nomen, Deo Patri tam cum articulo, quàm sine articulo tribuita, Christo nomen Dei, quod hinc sine articulo tribuitur, alibi cum articulo simpliciter, vel sine tali adjuncto & constructione, quæ vim articuli non infringat, tribui, prorsus falsum est. Quòd enim locos a Smiglecio citatos attinet, negamus Act: 20. 28. de Christo sermonem esse, de quo infrà suo loco plura. Rom: verò 9. 5., ubi de Christo sermonem esse confitemur, articulum additum esse negamus, & tam impudentis affirmationis non puduisset Smiglecium valdè miramur.

Verisimile etiam esse ait Smigl., Iohannem ideo articulum non præfixisse, ne eadem omnino persona Deus verbum, & Deus apud quem erat verbum, putaretur. Sed hinc & crassissima est petitio principii, dum D. Iohannem erroris sui de personis in divinitate complicem facit Smiglecus: Et præter hoc otiosa est ista consideratio. Satis enim iudicasset D. Iohannes, non esse eandem personam Dei & Sermonis, etiam si articulum apposuisset, dum de uno dicit, quòd apud alium fuerit, de altero verò, quòd alius apud eum fuerit. Itaq; certum manet, D. Iohannem, addendo ad vocem priorem Dei articulum, docere voluisse, illum esse unum Deum, apud quem Sermo fuit: non addendo autem illum articulum ad vocem Sermonis, indicare voluisse, Sermonem illum non propter essentiam, sed propter munus, Dei nomen mereri, cùm tantum unus naturâ & essentiâ Deus esse possit.

Sed nunc D. Moscorovij argumenta tria affert, ex hoc loco nexa, quibus probat, Iesum non esse eundem Deum, qui Pater est. Quorum primum est. *Verbum quod est Deus, apud Deum fuit. Ergo non est idem Deus, apud quem fuit, sed diversum quid ab illo, alioquin idem apud se ipsum esse diceretur.* 2. est. *Deus, apud quem verbum erat, non erat apud Deum. Ergo alius est Deus a Deo, qui erat apud Deum.* 3. est. *Verbum non potest esse is Deus, cuius est verbum: alioquin necesse esset dari alium,*

De articuli Græci repetitione.

Vox Deus quomodo de Deo & Christo utripetur.

Argumentum D. Moscorovij

Responſio Smigle-  
cicii.

Refutatio re-  
ſponſionis.

cujus is Deus, cum quo idem est verbum, eſet verbum. Hæc argumenta D. Moscorovii ſophiſmata appellat Smigl. in ignoratione fundata, ſed quam verè, mox apparebit. Ad primum enim reſpondens ait, neceſſe quidem eſſe, illum, qui apud aliquem eſt, & illum, apud quem alius eſt, eſſe aliquo modo ſubſtantia diverſos, ne idem apud ſe ipſum eſſe dicatur, at non eſſe neceſſe, omni ratione diverſos eſſe: ſed ſatis eſſe, ſi ſint aliqua ſubſtantia ratione diverſi. Sed hæc tenus verba tantùm ſunt. Neceſſe enim eſt, ut id, quod apud aliquem eſt, profuſo ſit diverſum ab eo, apud què eſt, ut ipſa cummunis ratio teſtatur. Videamus probationes. Affert ergo duas. Quarum una eſt: Nam & ſpiritus hominis dicitur in homine eſſe, etiam ſi non ſit ab illo ſubſtantia omnino diverſus. Sed termini mutantur. Nam ſpiritus hominis non eſt apud hominem, ſed in homine, ut Smiglecii ipſe loquitur. Chriſtus autem non dicitur a Ioanne, eſſe in Deo, ſed apud Deum: Et D. Moscorovius non ex eo, quòd Chriſtus in Deo, ſed quòd apud Deum eſt, argumentatur. Non omne autem, quod apud Deum eſt, in Deo eſſe, nimis evidens eſt, ut ſuprà etiam diximus. Sunt enim apud Deum angeli, nec tamen in Deo ſunt, aut ad eſſentiam ejus pertinent.

Altera ratio Smiglecii eſt. Si etiam duo in diverſis corporibus unam animam haberent (quod Deus abſolutè præſtare poteſt) eſſent iſti procul dubio una ſubſtantia, reſpectu unius animæ, & tamen unus in alio vere exiſteret ſubſtantialiter. Conſimili igitur ratione, cum dicimus, verbum eſſe apud Deum, non eſt neceſſe a Deo patre diſtingui divinitatis eſſentia, ſed ſatis eſt, ſubſiſtentia divinitatis diſtingui. Et iterum, Quia verbum dicimus diſtingui ab eo, apud quem eſt divinitatis ſubſiſtentia, licet non divinitatis eſſentia: ſeu perſona non natura, ideo nulla hic contradic-tio eſt. En habes argumentationem Smiglecii, in qua vide, an non re-ctius ſophiſma, idq; craſſum Smiglecii accuſare poſſimus, quàm ille in argumentatione D. Moscorovii. Duo in diverſis corporibus unam animam habere poſſe, quis unquam audivit, vel ipſum Deum facere poſſe? Hoc enim eſſet naturam rerum invertere, cum tot formas eſſe oporteat, quot ſunt perſonæ. Rurſus quis niſi ſophiſta divinitatis eſſentiam & ſubſiſtentia in Deo diſtingui poſſe ſomniavit? cum quemadmodum ſubſtantia Dei numero una tantùm datur, ſic non niſi una ejusdem divinitas numero dari poſſit. Conceſſa autem in divinitate pluralitate perſonarum, neceſſariò etiam, pluralitas naturarum concedenda eſt.

Senſit forte ſmiglecii, hæc omnia, ad excuſandam contradic-tionem inſufficientia eſſe, ideoq; ſic reſponſionem ſuam finit. Quod ſi ratione non capit Moscorovius, credat fide, rationemq; Evangelio & fidei

fidei C  
Dei m  
tholic  
num n  
tam in  
us con  
hebet  
norun  
tor,  
Chriſt  
dere S  
ſit in  
revela  
ſomni  
res eſt  
vult ſi  
lica, cu  
lica, ut  
ſius gl  
antiqu  
tudin  
rò præ  
lica, ſe  
ſis quia  
codice  
igit 2.  
hoc ne  
beant,  
telleſt  
repuer  
docet.  
comm  
nem ſu  
que at  
te hum  
ſcèndat  
ne ſana  
ſa illa C  
verbum  
illa lac



fidei Catholicæ juxta præceptum Apostoli subjicat, neq; sua ratione fidem Dei metiatur. Major enim est Deus corde nostro. Quod si innumera Catholicorum, hoc est doctissimorum, & in scripturis versatissimorum hominum militia, nullam in ea re contradictionē deprehenderunt (alioqui rem tam incredibilem minimè credidissent) qua temeritate unus Moscorovius contradictionem hic audet opponere? suam potius vel ruditatem vel hebetudinem mentis agnoscat, qui in media luce cæcutiat, & quæ omnes norunt, ignoret solus. Hæc omnia ideo ascripsi, ut videas, cordate lector, in quid tandem desinat ista tam sophistica monstruosissima de Christo sententiæ defensio, in anilem scilicet nugationem. lubet credere Smiglecius, quod ratione capi non potest. Quasi scilicet aliquid sit in universa fide Christiana, quod ratio non capiat, postquam extitit revelatio Evangelica, quo nihil, ad omnes stultissimas opinioniones & somnia aliis obtrudēda, aptius est. Cur igitur ipse Smiglecius (id quod res est) alibi probat, non esse contra rationem dogma Trinitatis, si vult fidei credi, quod ratio non capit? Quæ deinde est ista fides Catholica, cui ratio debeat subjici? Fortasse Pontificia. At ea tam est Catholica, ut Græcorum, addo etiam Evangelicorum. Pudeat jam tandem istius gloriationis, pontificiæ religionis homines, in tanta eorum, qui antiquitus ab ea diversum sentiunt, & recens ab ea defecerunt, multitudinē, quā procul omni dubio Pontificios superant. Quodnam porro præceptum est Apostoli, quo rationem Evangelio, & fidei Catholicæ, scilicet, subjici jubeat? Cur illud Smiglecius non apposuit? Fortassis quia notum nimis erat? At ego hactenus nullum in universo sacro codice legi, nec ullum ex eo proferet Smiglecius, sat scio. Si illud intelligit 2. Cor. 10. 5. *captivantes omnem intellectum in obsequium Christi*, hoc nec præceptum ullum Apostoli est. non enim, quid alii facere debeant, præscribit, sed quid ipse alios docens fecerit, describit: nec intellectum per se Christi religioni repugnare, sed tantum, quatenus ei repugnat, vel se adversus eam effert, eatenus a Paulo captivatum esse, docet. Sed de quo Evangelio subjiciendam esse rationem, quid cum eo commune habet fides Catholica, hoc est, pontificia, ut ei etiam rationem subicere teneamur? Habetne illa tale quid, quod ratio capere nequeat? ô animos hominum dementatos, qui ita sentiunt? Bona ex parte humanæ rationis ἀλογον commentum est. Ideoq; ad eam cognoscendam & rejiciendam, post revelationem Evangelii, imprimis ratione sana opus est, quâ, unâ cum verbo Dei, stantē, vix aliquid, in universa illa Catholica religione, sanum deprehendetur Ratio, ratio est, post verbum Dei, quam ista bruta Pontificiorum religio ferre nequit, unde ista lacrymæ, ut scilicet rationi valedicat, qui eam tenere velit. Sed non

Fides non est contraria rationi.

Injuriam pontificiæ Catholicam suam appellant fidem.

Quis sensus loci 2. Cor. 10. 5.

Ratio pontificiæ religioni maxime contraria.

efficient, Deo iuvante, ut, quod Deus, ad religionem intelligendam, extare voluit singularissimum medium, & quod ita simile est religioni, ut lux parva magna, abiciamus, & in retia illorum abacti, quicquid nobis, ipsimet seducti, dicant, pro oraculis divinis ex osculemur. Probare omnia, ut licet & possumus, ita volumus, quod olim etiam, tempore Apostolorum, vulgo Christianorum licuisse, legimus. Præterea num is fidem ratione metitur, qui nihil, nisi quod ratio admittit, credere vult, ut Smiglecius jubeat, ne ratione fidem metiatur Moscorovius? Aliud sanctè est, ratione fidem metiri, & aliud, nihil, quod ratio non permittat, in fide admittere. Illud non licet: hoc verò licet & decet. Fidem enim ratione metiri, propriè est, nihil recipere, quod ratio sola non dicitur: At multa recipit fides, quæ ratio non dicitur, quæ scilicet sunt supra rationem. Dū igitur illa omnia recipimus, quæ nobis revelata sunt, licet sint supra rationem, nullo modo, fidem ratione metiri, dici possumus: sed dum rursus, receptis illis, quæ sunt supra rationem (quia revelata sunt in sacris literis) nihil, quod rationi repugnet, recipimus, summa ratione utimur, & rem Deo factum longè acceptissimam: & qui aliter faciunt, illi jam in præcipitio errorū & exitiū collocati sunt.

Ista verò probatio, *Major enim est Deus corde nostro*, Doctore Theologiæ digna est, scilicet. Iohannes, persuasurus nobis, ut, si cor nostrum nos reprehendat, multò magis Deum metuamus, ait, *Deus est major corde nostro*, hoc est, meliùs nos novit, quàm nosmet ipsi, quod etiam verba sequentia, & *novit omnia*, indicant. Smiglecius verò ea adducit ad probandum, non esse metiendam fidem ratione. Ita scilicet nobis fidem suam catholicam commendat, & ad subjiciendam ej rationem nostram permovet Smiglecius, quæ talia mundo pandit mysteria. Isti multitudini Catholicorum doctissimorum & in scripturis versatissimorum, oppono primùm illud: *Quia veritatis charitatem non receperunt, ut salvi fierent, propter hoc mittet illis Deus operationem vel efficaciam erroris, ut credat mendacio*, &c. Deinde dico, doctissimos etiam, & in scripturis versatissimos, non semper cōsiderare, quid sentiant, si scilicet persuasū illis sit, se esse in Ecclesia; Ecclesiam autè errare non posse: & rationem in religione esse captivandam. His enim positis, etiam si interdum ratio dicitur, contradictionem in esse illis, quæ consentitur: tamen ista falsa fundamenta in transversum eos rapiunt, & cum ratione potiùs insanire jubebunt, quàm ad rationis trutinam aliquid justis ponderibus examinare permittent.

Ad argumentum secundum Moscorovii respondet Smiglecius simili modo: *Ex eo scilicet quòd Pater nō est apud alium, verbum autem est apud*

2. Thess: 5. 19.  
2. Ioh: 4. 1.

Quid sit, Ratione  
fidem metiri.

Fides est supra,  
non contra rati-  
onem.

Quomodo Deus  
sit major corde  
nostro.

2. Thess: 2. 19.

Autoritas huma-  
na infirmum fun-  
damentum.

Cur multi docti  
Pontificii non  
considerent quid  
credant.

Ad argumentum  
D. Moscorovii 2.  
responsio Smi-  
glecii.

est apud alium, solum inferri, Patrem non esse verbum, non verò non esse eundem cum verbo Deum, & differre a verbo, quàm verbum, non quàm Deus est. Sed totum hoc quid est aliud, quàm ista Smiglecio usitata crassa principii petitio, dum pro concessio sumit, esse plures in divinitate personas, & his communem esse deitatem? Quod idem etiam in responsione ad tertium argumentum facit. Manifestè enim pro concessio sumit, verbum considerari posse, quàm verbum & quàm Deus; & verbum, non quàm Deus, sed quàm verbum, habere ad alium referri, quod ipsum nunc in controversia est. Quo respondendi modo dum ita sibi placet Smiglecus, non animadvertit, nos ab ejus, si qua alia re, vel hac inprimis, confessione & Ecclesia deterreri, & in veritate, quam hactenus tenemus, vehementissimè confirmari. Nam quæ isthac religio est, quæ defendi non potest, nisi controversa semper pro principiiis sumat? nisi ea, quæ rationi contraria sunt, vel saltem ipsa sunt obscuritas, corradat, & hominibus vi quadam obtudat, quæ vix e multis millibus unus aliquis ægrè intelligere potest, & si is etiam urgeatur, tandem se credere dicit, quæ non intelligit?

Iterum insectatur Moscorovium, qui ait, *Si verbum sit idem essentia cum eo apud quem est, fore etiam idem personam, cum persona aliud nihil sit, quàm individua essentia.* Et primùm dicit, *ea, quæ a Moscorovio de personæ ratione afferuntur, satis ostendere, quàm rudis & hospes sit in doctorum, qui ea de re accuratè tractant, libris.* Quali verò necessè sit, Theologum versatum esse in illis, quæ Doctores, nempe scholastici, de personæ ratione, magis scrupulosè quam verè & nervosè scripserunt, quæ potiùs spernenda esse quàm legenda veritatis studioso, jam satis superque ipsa docet experientia. Nemo Theologus, cui Doctores scholastici, Theologi: vel quasi ex scripto adversus vulgarem Theologum edito, justum, de alicujus eruditione vel abstrusiorum Theologicarum controversiarum scientia, judicium fieri debeat. Deinde verò de persona suam affert Smiglecus sententiam, & non repugnare, plures personas esse unius numero essentia, nudè asserit, quæ verò a nobis in contrariam partem afferantur, a se in Monstris diluta esse gloriatur. Itaque lectorem ad refutationem eorum, quæ hac de re in refutatione Monstrorum cap: 7. dicta sunt, remitto.

## CAPVT X.

*Calumnia Smiglecii, quas nobis circa Christi divinitatem affingit, refelluntur.*

**H**IC jam, disputatoris personam quodammodo depositam, Smiglecus, cavillatorem & calumniatorem strenuum & impudentem agere in-

*Refutatio illius*

*Argumenti 3.  
D. Moscorovii  
defensio.*

*Censura Smiglecii  
injusta.*

Calumniarum  
Smigleccii caput  
integrum.

Apoc: 21. 8.

1. Pet: 3. 15.

Smigleccii inge-  
nium.

Impietas unde a-  
gnoscenda.

Ioh: 8. 48.

Calumnie quo-  
modo repellenda.

gere incipit. Ait enim, *nos Christum Deum metaphoricum, & quod gravius est, divino cultu indignum, impotentem, ignorantem, & talem qui nos salvare non possit, predicare: & occasione harum calumniarum, ita in nos & famam nostram involat, ut nec timoris Dei, nec veritatis, nec civilis dentque honestatis rationem habuisse videatur. Itanè licet Sm:, quod libet? At vivit Deus, vindex veritatis & corū, qui illam profitentur, futurus. Calumniare audacter. Tu quidem, nisi serio resipueris, calumniarum istarum Deo reddes olim rationem, cū teste Ioanne, omnibus mendacibus pars illorum sit in stagno ardenti igne & sulphure: Nos verò, secundum præceptum Apostoli, cum modestia & timore, bonam habentes conscientiam, parati ad apologiam, Smigleccio & omnibus aliis, rationem reddemus de confessione quæ in nobis est, & quam vitâ nostrâ chariorem habemus.*

Primum igitur genius Iesuiticus detegendus occurrit, qui nihil sibi non arrogat, & nihil non facere & dicere erubescit, dummodo aliis detrahat. Ait, *non esse cuiusvis judicare, quid de divinitate Christi sentiamus. Ergo Smigleccius unum se esse illorum, cuius sit judicare illud, tacitè quidem sed satis superbè gloriatur. Quàm verò vana sit ista gloriatio, mox ostendemus. Ait iterum, nos quamvis re ipsa impiissimi simus, agnosci a nemine posse, & specie pietatis virus nostræ impietatis obfuscare. Vide, cui veritas & honestas cordi est, quid non audeat audaculus Iesuita? A nemine nos, ait, agnosci posse, & tamen ipse nos impiissimos re ipsa esse, asserere non dubitat. Si nemo nos agnoscere potest, quomodo agnovit unus Smigl:? Nū ille solus cornicum oculos confixit? Porro cū, an impiissimus re ipsa quis sit, non nisi ex factis & confessione agnosci ab homine possit, nisi doceat Smig:, nos vel impium quid facere aut confiteri, videat ipse met, videant & alii, quàm graviter in ipsum Deum, & legem regalem charitatis peccaverit, si modò hoc aliquid apud ipsum valet. Samaritanus etiam a Iudæis D. Iesus appellabatur, & dæmonium habere dicebatur. Quid mirum igitur, nos a Iesuita impiissimos censer? Respondit Christus Iudæis modèstè, se dæmonium non habere, quia Patrem suum honoret: respondemus & nos, nos non esse impiissimos. Deum enim ex animo colimus, & Iesum Christum Dominum nostrum, ei quæ ex animo obedire secundum præcepta eius annitimur. Vos quidem Iesuitæ nos convitiimini, nos autem non quærimus nostram gloriam, est, qui eam quærit & iudicat. Nihil dico ampliùs, cū tamen quàm obvium sit, in Iesuitas istud regerere, nemo non videat. Argumenta tam gravis convitiū examinemus.*

Refugere

Refugere nos, ait, tam in scriptis, quam in congressibus disertis verbis fateri id, quod revera de Christi divinitate sentimus, nempe Christum non esse verum Deum sed Metaphoricum, & talem qui ex se nihil possit, quiq; divinum cultum ex se non mereatur, sed ex Patris mandato duntaxat. Nominibus verò illum magnificis quidem & divinis nos exornare, sed quibus rei & vere dignitatis nihil subsit. Totam enim Christi dignitatem perire, sublata veri Dei ratione. En habes criminationem Smiglecii audacem illam quidem, sed veracem minimè. Nonnè enim, libris non paucis in publicum jam pridem editis, disertissimè confitemur, quid de Christi divinitate sentiamus? nonnè libellus de Divinitate Christi nuper editus, satis superque id ipsum testatur; & an refugiamus disertè id ipsum fateri, paulò post constabit, cum ad ea, quæ nobis Smiglecii objicit, directè respondebimus. Sed est, quod adversarios malè habet, nos scilicet sobriè, Deo juvante, de rebus divinis, ex solis sacris literis, sapere velle, & differentiâ inter Deum patrem & Iesum Christum constitutâ, diverso modo de patris, diverso de Filii divinitate differere, & ita totam eorum Theologiam subvertete, quemadmodum per eorum Theologiam Apostolica religio, quantum in illis fuit, subversa est. Hac ratione dum illos premimus, defendunt se quidem, quam diu possunt, rationibus, sed quia ab his tandem destituuntur, ad ejusmodi convitia, cavillationes & calumnias tanquam ad sacram authoram devolvuntur.

Ridiculus autem ariolus est Smiglecus, dum nos eo consilio id fuisse ait, ne, si aperte in lucem proferamus, quàm abjectè de Christo sentimus, nostrorum animos a nobis a vocemus & rejiciamus, quorum plurimi nil ejus modi a nobis de Christo asseri opinentur. Ergo nostram tacitè iterum Smiglecus pungit conscientiam, quasi scilicet non Dei & salutis nostræ, sed hominum causâ religionem tractemus. Quorum verò hominum causa? quos vos Iudæis & Turcis deteriores proclamatis, & qui revera stulta & infirma mundi sunt, imò qui non sunt. At non ita desipimus, Smigleci, ut, si hominum captarem aures & animus, non alios reperturi simus, quorum scilicet favor plus nobis prodesse posset, quàm eorum, quos nunc docemus. Vobis ista relinquimus, qui solo hominum, quibus libertatem promittitis, ipsi met servi corruptionis, favore hactenus freti, ita insolentes estis, & neminem non contemnitis & condemnatis, qui vos non adorat: Nos contenti Dei gratiâ, & bonæ conscientiæ testimonio, unâ cum nostris, qui non coactè sed sponte sua nos audiunt, & pro pastoribus suis habent, officium nostrum facere non desistimus. Sed nunc tandem satis est proëmii. Ipsam rem videamus aliquot capitibus explicatam.

1. Cor: 1. 27.

Calumnia 1. re-  
futatio.

Quis sit verus  
Deus.

Quo sensu Pater  
solus dicatur ve-  
rus Deus.

Calumnia 2. re-  
futatio.

Christus cur De-  
us sit.

Primum est, nos negare Christum verum Deum esse. Respondeo disertè, Nos affirmare, verum Deum duplici modo considerari. Nam & is verus Deus est, qui ex se ipso & naturâ divinitatem habet: Et is etiam, qui divinitatem veram datam habet. Prius nulla eget probatione. Posterius patet ex eo, quòd ipse Deus, alios etiam, Deos appellavit, & se Deum illorum esse proficitur, ut in refutatione Monstrorû a Smigle. confictorû fusè demonstratû est. Quos verò Deus ipse Deos appellat, & quorum ipse Deus est, quomodo non sunt veri dii? Vnde inferimus: Si illi sunt veri dii, ad quos sermo Dei factus est, quomodo Christus non erit verus Deus, quem Pater non tantùm sanctificavit & in mundum misit, ut Christus olim argumentabatur, sed etiam in dextera sua collocavit, & omnium hæredem constituit? Quid jam vult disertius Smiglecius? Si dicat, verum Deum a divina essentia dici, Christum autem eam habere a nobis negari, jam non dicat, nos non disertè fateri quod sentimus, sed agnoscat suum in describendo Deo vero errorem. Verum quidem est, eum qui divinam habet essentiam, esse verum Deum: at non itidem verum, quicumque est verus Deus, eum habere divinam essentiam. Si dicat iterum, ineptè illum Deum verum appellari, qui divinam potentiam secum communicatam habet, si essentiam divinam non habeat, agnoscat, se cum scripturis bel- lum gerere. Hæ enim, dum angelos & homines quosdam Deos appel- lant, certè nec fallunt nec ludunt. Ait Smiglecius, Angelos & homines non esse veros Deos. At jam contrarium ostendimus. Nec quicquam refert, quòd solus pater dicatur verus Deus. Alio enim sensu Deus pa- ter verus Deus dicitur, alio homines & Angeli. Et potest id, quod in suo genere excellentissimum est, solum ita appellari, ut prolixè in re- futatione Monstrorum a Smiglecio confictorum demonstravimus, in qua etiam figmentum Smiglecii, Angelos & homines non esse nec falsos Deos nec veros, sed metaphoricos, detectum est, & ostensum, quicumq; est Deus ob similitudinem, illum verè & verum esse Deum, analogicè, licet non eo prorsus modo, quo Deus ille unus verus esse dicitur. Et hoc unum caput est eorum, quæ, de Christo sentire nos, ait Smiglecius.

Alterum caput est, Quòd quia ob potestatem divinam Christum De- um confitemur, Christus sit Deus Metaphoricus & improprie Deus. Respondeo directè. Qui De<sup>o</sup> est, aut ob divinâ naturâ aut ob divinâ pote- statè, Deus est. Nâ præter hos duos modos nullû terciû meminit scri- ptura. At Christo ob divinâ naturâ Deus non est nec esse potest. Est e- nim homo. Vnde constat, eum personâ etiâ esse humanam. Homo e- nim personâ tantùm homo est. Si humana persona est, divina esse ne- quit.

quit. Essent enim duo Christi & duo Dei filii. Præterea natura Dei, numero tantum una est. Si numero una est, quomodo pluribus communis, cum hoc contradictionem implicet? Ergo Christus est Deus ob divinam potestatem. Si ob divinam potestatem Christus Deus est, dicat vel ludat quid & quomodo velit Smiglecus, Deus tamen ob naturam divinam non erit Christus. Christum autem ob similitudinem cum Deo, præsertim in potestate, Deum appellari, ipsissima veritas est.

Tertium caput est, *Nos Christum divino cultu indignum prædicare*. Sic enim & titulus capitis hujus, & ad marginem additio habet. Sed hæc crassa calumnia est. Qui enim Christum divino honore afficimus, perpetuo illum adorantes, & quando opus est, ipsius auxilium implorantes, quomodo eum divino honore indignum censere, dici absq; summa calumnia possumus? Sed ait Smiglecus, *nos nisi accedente divino mandato, dignum eum habere divino cultu*. Primum dico, quacunq; de causa eum dignum judicemus divino cultu, dignum tamen judicamus. Cur igitur falsum testimonium dicere non erubuit Smiglecus? Deinde dico, nos agnoscere Christo divinum cultum debere, non tantum ob divinam auctoritatem, sed etiam ob divinam Christi potestatem, adeo ut, etiamsi non extaret Dei præceptum, tamen teneremur ei cultum divinum præstare, de quo plura in refutatione Monstrorum. Quomodo igitur nos cavillari non erubuit Smiglecus?

Quartum caput est, *nos Christum prædicare Deum impotentem*. Sed & hæc intolerabilis calumnia est. Nos enim animo credimus, & ore confitemur, Christum esse Deum omnipotentem, præsertim in negotio salutis. Et, si, teste Apostolo, Deus Domini nostri Iesu Christi, pater ille gloriæ, supereminentem magnitudinem virtutis suæ, in nos credentes operatus est in Christo, cum illum solum ex mortuis suscitavit, & collocavit in dextera sua in cælestibus &c. quomodo non supereminentior magnitudo potentia in Christo agnoscat, qui omnes hominum mortuorum myriades ex mortuis resuscitabit, & fideles in throno suo collocabit, ut eum Deus in throno suo collocavit? Quomodo eum impotentem Deum prædicari a nobis absq; magna calumnia dici potest, quem nos nunc loco patris ita regnare dicimus, ut pater neminem judicet, & ipse Christus Patri olim subjectus futurus sit? Ostrovius sanè Canonicus Cracovensis, cum ista legeret in explanatione mea verborum Christi Matth. 28, dici aliquid a nobis sensit, quod Deum privare gubernatione illius ipsi visum est. Qua tamen in re falsus est. Nam hic est perfectissimus & Deo dignissimus regnandi modus, per alium regnare. Smiglecium igitur hortor, ut hanc suam tam gravem calumniationem agnoscere velit. At dicit, *nos talem Christum*

Calumnia 1. ræ-  
futatio.

Calumnia 4. ræ-  
futatio.

Ephes. 1.

Quanta Christi  
potestas.

facere, qui nihil ex se ipso possit, quiq; omnia non sua sed aliena potestate faciat, quiq; ad omnia patris mandato & auctoritate egeat. Primum dico, si Christum omnia facere posse confitemur quocunq; modo, impotentem nos eum prædicare sine calumnia dici non potest? Deinde dico, nos id, quod tantopere infectatur Smigl., ex scriptura didicisse, quæ millies testatur, Christum nihil a se ipso posse, & omnem potestatem ipsi esse datam? Quanquam cum de divinitate Christi sermo est, quam nunc habet, nunquam dicimus, eum aliena potestate omnia facere, & ad omnia patris mandato egere: nec etiam scriptura usquam id affirmat, adeo ut valde miremur Smiglecium, qui & in Monstris suis & hic iterum dicat, Christum appellari ministrum Dei, Hebr. 8. 2. cum tamen sanctorum tantum minister figurato loquendi modo ibi appelletur: Dei autem revera sit non minister, sed filius & heres, quem pater familias domui suæ regendæ præfecit. Semel enim ei data est potestas, quæ jam propria ejus facta est, adeo ut Christus, qui, respectu donationis, a Deo dependere dici potest, respectu possessionis & usus semel datæ potestatis, non dependere ab illo, sed loco illius quodammodo regnare dici jure possit. Quæ de duplici Christi potestate differit Smigl., & præsertim de ea, quam naturaliter unâ cum divina essentia secum communicatam habere eum affirmat, ea commentum sunt hominum, quæ hæcenus Smiglecus nulla ratione, nullo argumento demonstrare potuit aut unquam poterit.

Calumnia 5. refutatio.

Quintum caput est, nos Christum ignorantem Deum facere. Sed & hoc calumniâ non caret. Credimus enim, Christum, cum in terris degeret, omnia scivisse, quæ ad salutem humani generis pertinent: Credimus etiam, nunc illum omnia habere perspectissima, quæ ad eandem requiruntur. At dicit Smiglecus. *Sapientiam Christo in infantia ejus non conceditis, perfectam in ætate puerili negatis, quin etiam ignorantiam diei judicii Christo, cum munus suum obiret, attribuitis.* Sed hoc aliud est, quam Christum ignorantem facere. Potest enim aliquis istis rebus enumeratis carere, & tamen interim divinâ præditus esse scientiâ. Aliud est quædam non necessaria nescire: aliud ignorantem esse. Iam, si sacræ literæ testentur, Christum crevisse sapientiâ, si testetur, neminem præter solum patrem scivisse olim diem judicii, neq; ipsum filium, num ob talia convicia & cavillationes Smigleci veritatem hanc abnegabimus? Vincat potius veritas, & erubescat omnis convitiator & cavillator.

Calumnia 6. refutatio.

Sextum caput est, nos Christum talem Deum facere, qui nos salvare non possit. Sic enim habet capituli titulus & marginalis ascriptio. At hæc rursus calumnia gravis & impudens est. Credimus enim, ex animo, &



mo, & ore confitemur, Iesum Nazarenum, omnes, qui in ipsum credunt, aliquando ex mortuis virtute & potentia sua resuscitatum & donatum beatam immortalitatem. Pudeat igitur huius tantæ calumniæ Smiglecius. At dicit, nos non fateri, Christum ex se ipso nos salvare posse. Ego verò dico: Si dicimus, Christum nos salvare posse quocumque; tandem modo, jam falsò dici apparere, nos simpliciter affirmare, Christum nos salvare non posse. Christum autem nos servare potentiam suam divinam, datam quidem sibi a Patre, sed nunc propriam illius effectam, adeo verum est, ut, licet universus mundus rumpatur, aliter se habere nequeat.

Socinum in libro de Servatore affirmare, Christum pro peccatis nostris non satisfecisse, nec veniam peccatorum nobis promeruisse, fatemur. Quid enim opus erat satisfacere pro peccatis nostris, cum nemo id requireret? quid opus erat veniam promereri, cum Deus eam sponte sua offerret? Sed Socinum tantum ideo Christum Servatorem nostrum constituere, quod salutem nobis annuntiaverit, & divinas promissiones morte sua confirmaverit, quod affirmat Smiglecius, negamus, & magnam magno viro, & nobis unam cum illo injuriam fieri, coram Deo & sensatis piisq; hominibus conquerimur. Potissimam enim causam, cur Christus servator noster sit, in ipso libri sui initio hanc ascripsit Socinus, quod vitam æternam nobis ei fidem habentibus ipse daturus sit. Videat nunc Smiglecius, quomodo se ei, qui rectè judicat, purgaturus sit.

Septimum caput est, nos Christum semideum facere. Sed quam frivolam & homine religioso indignam sit ista cavillatio, in refutatione Monitorum fusè ostensum est. Christum confitemur nunc perfectissimo modo esse Deum & Christum: Eundem etiam Christum & Deum fuisse, cum in terris ageret, licet modo minus perfectò, affirmamus. Quod ita clarè testantur omnes sacræ literæ, ut nihil clarius. Rideat igitur & exagitet, quantum velit, verbis, hanc sacrosanctam veritatem, rem ipsam non evertet, sibi autem suisq; multum apud cordatos existimationis, detrahet. Nam si isto modo agere liceat, nihil est, quod non sanis & censuris obnoxium sit in universa religione.

Octavum caput est, nos Christum Dei vicarium facere. Et hic cavillus est, quo remoto, ipsa Christi divinitas relucebit. Nos enim cum scriptura dicimus, Christum Deum esse unam cum illo uno Deo. Quemadmodum filius regis, si a Patre ad regnum admittatur, non propriè vicarius ejus, sed unam cum Patre suo Rex esse dicitur. Iam si illi dii sunt, nec potest scriptura solvi, ad quos setimo Dei factus est, quomodo is Deus verus non erit, qui unam cum Deo illo uno, Deus

Calumniæ 7. refutatio.

Calumniæ 8. refutatio.

est, & regnum sibi universum in Ecclesia traditum a Patre habet?

Calumnia 9. refutatio.

Nonum caput est, nos Christum secundum carnem filium Dei proprie esse, secundum spiritum verò Filium Dei metaphoricum, & eo generationis modo, quo alii adoptivi Dei filii generantur, genitum affirmare. Quàm multiplex hinc sit cavillatio, in refutatione Monstrorum satis superque demonstratum est. Credimus, Iesum esse filium Dei tum propter conceptionem & nativitatem miraculosam, tum propter similitudinem, quam cum Deo olim habuit, sanctitatis, sapientia & potentia, & quam nunc habet, immortalitatis. Hæc ita vera sunt, ut nemo sanæ mentis ea negare possit. Quæ quia refutare non potest Smiglecus, ita denigrare suis petulantibus dictionibus voluit.

Calumnia 10. refutatio.

Decimum caput est, Nos duos naturâ distinctos Deos proponere, quo & gentilismus & Idolatria inducitur. Sed hoc totum cavillis plenum esse, & a veritate alienissimum, in refutatione Monstrorum docuimus. Credimus, sub novo Fœdere, teneri nos colere, unâ cum illo uno Deo, Iesum Nazarenum, quem ille a dexteris suis collocavit, eaque in re apertissimam sequimur Dei voluntatem. Et hoc primum Christianæ religionis mysterium est. Hoc quia tollit monstruosam Smiglecii de Deo Trino & uno opinionem, & non habet Smiglecus, quo modo refutet, variis modis exagitat, carpit, & exhibat. Sed frustra. Jam enim nimis manifestè, Dei gratiâ, innotuit, unum esse Deum patrem, & unum mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum: & sedenti in Throno, & Agno illius deberi gloriam & honorem: Imò vitam æternam esse, ut agnoscat pater, solus ille verus Deus, & quem ille misit, Iesus Christus. Cui sit gloria nunc & in perpetuum. Amen. Gentilismus autem & idolatria nulla ibi esse potest, ubi omnia fiunt secundum expressum verbum divinum.

Sub novo Fœdere cum Deo uno colendus Christus.

1. Tim. 2. 5.  
Apoc. 5. 13.  
Ioh. 17. 3.

## CAPUT XI.

De verbis D. Johannis: Omnia per ipsum facta sunt.

PER SERMONEM omnia & mundum factum esse concedimus. Hoc enim discretè ait Iohannes: Sed ex eo concludere, Christum esse creatorem cæli & terræ, multiplicem fallaciâ continere dicimus. Primum enim vox omnia absolutè accipitur a Smiglecio, cum nimis notum sit, eam sæpenumero secundum quid accipiendam esse. Deinde vox mundus accipitur pro mundo hoc aspectabili, cum tamen constet, vocem mundi, præter alia, homines solos & ipsum futurum mundum significare. Tum facere vel fieri accipitur ab adversario pro creare vel creari, eum certum sit, multa fieri, quæ tamen non creantur.

antur. Denique per aliquem facta esse omnia, accipitur pro eo, ac si dictum esset, aliquem omnia fecisse, cum tamen constet, hoc loquendi modo posteriori, causam efficientem principalem, illo verò priori causam mediam instrumentalem denotari. Ad hæc quid respondeat Smiglecius, videamus.

Primum ait, *voce omnia absolutè positam esse, ideoque absolutè etiam accipiendam. Nam si restringenda esset, adiecisset Iohannes aliquid, ex quo ea restrictio intelligi posset.* Sed hoc argumentum infirmum esse, plurima sacrarum literarum exempla docent, in quibus vox omnia absolutè posita est, & tamen restringenda, quorum unum atque alterum nunc adducam. Ioh: 4. 25. *Scio, quòd Messias venit, qui dicitur Christus, cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia.* Rom: 8. 28. *Scimus, quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* & v: 32. *Qui (Deus) proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Heb: 2. 17. *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari.* I. Ioh: 2. 20. *Et vos unctionem habetis a sancto, & nostis omnia.* & v: 27. *Vnctio docet vos de omnibus.* Vbi in singulis fere locis restrictione peculiari opus est. In primo enim loco de rebus tantum ad cognoscendam Dei voluntatem, in secundo & quarto de solis afflictionibus, in tertio de promissis tantum, in quinto de rebus tantum, quæ ad salutem & religionem pertinent, sermonem esse, quivis per se intelliget.

Quod verò deinde prolixè docet, posse etiam tractari sub Evangelio, de rebus longè ante Evangelium factis, id nihil causam ejus iuvat, sed tantum, si verum esset, nostram de his verbis sententiam everteret. Nobis verò ad argumentum, quod ex voce *omnia* sumitur, evertendum, satis est docere, eam posse accipi non universaliter. Quanquam ineptissimum est, quod ad hanc nostram de voce *omnia* sententiam evertendam affert Smiglecius. Non enim dicimus, omnia, quæ in Evangelio continentur, præcisè ad Evangelium ita pertinere, ut pro rebus sub Evangelio factis censeri debeant, sed ea, quæ indefinite vel generatim sub Evangelio dicuntur, ad negotium Evangelii referenda esse contendimus, ut cum dicitur: *Omnia per Sermonem facta esse, vel Mundum per eum factum esse.* Et, si aliunde constaret, creationem etiam mundi ad Christum pertinere, facilè in eam sententiam iremus, hæc & similia verba illam etiam continere: Iam verò, quia id profus falsum est per se, quomodo patiamur hæc verba, quæ aliter explicari possunt, ad ista pertrahi?

Quòd Iohannem de verbo ante carnem loqui suo more iterat Smiglecius, id magnæ illius audaciæ signum est. Nusquam enim Iohannes

Vox Omnia ad materiam subiectam restringenda.

hannes de verbo, quod caro factum sit, loquitur, ut supra non semel indicavimus, & infra iterum docebimus. Tunc enim, statim, cum verbum, vel is, qui verbum fuit, esse cepit, caro etiam fuit.

Argumenta Smigleccii refelluntur.

Sed audiamus alia. Quinque enim argumenta affert Smigleccius, quibus probet, per verbum omnia absolutè esse facta, ut ipse eorum numerum ad marginem annotavit. Primum est, *D. Iohannes, quem admodum hic de verbo ante carnem agit, ita de omnium ante carnem effectione loquitur. Non igitur de rebus sub Evangelio factis exponi potest Iohannes.* Sed hoc jam dictum fuerat, & a nobis refutatum est. Quomodo igitur denuò pro novo argumento obruditur? Iohannes nihil prorsus, quod ante carnem factum sit, meminit; imò nec verbum ante carnem fuisse dicit: sed verbum carnem fuisse ait, nempe perpetuò. Ineptissimè igitur toties hoc iterat Smigleccius.

Secundum est, *De rerum sub Evangelio factarum per verbum effectione agit postea Iohannes, cum ait: verbum carnem factum plenum gratia & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepisse, & gratiam ac veritatem per Christum factam esse.* At nihil impedit, quominus idem bis dicatur, præsertim a Iohanne, qui hac repetitione delectari quodammodo videtur, maximè verò, si id fiat diverso respectu. Antea in genere dixerat, per verbum omnia esse facta, postea in specie commemorat quædam, quæ per Christum facta sint. Plura autè sunt, quæ per Christum facta sunt, præter gratiam & veritatem, quam Christus utramque mundo patefecit. Meminerit autem lector, Smigleccium sibi & aliis imponere, dum diversis temporibus omnia ista, de quibus hic sermo est, & veritatem ac gratiam per Christum facta esse somniat, cum eodem tempore ista omnia facta sint, nempe in principio Evangelii. In principio enim Evangelii, vel statim post principium, quando scilicet omnia per ipsum facta sunt, Sermo caro fuit, & habitavit inter Apostolos, & visa fuit gloria eius, gloria quasi unigeniti ex patre, plenus gratiæ & veritatis, & acceperunt de eius plenitudine omnes Apostoli, & gratiam pro gratia, gratia denique & veritas per ipsum facta est.

Tertium est, *Iohannes de verbo, quod erat in principio apud Deum, & quod Deus erat, ait, omnia per ipsum facta esse.* Atqui res ad Evangelium spectantes non tunc sunt factæ, cum verbum erat apud homines, neque cum solum Deus erat, sed & cum, caro factum, habitavit in nobis. Non igitur ea solum quæ sub Evangelio facta sunt, intellexit Iohannes. Respondeo, Iohannem quidem dicere, per verbum, quod erat in principio apud Deum, & quod Deus erat, omnia esse facta: sed non dicit, tunc in principio, cum fuit apud Deum, omnia per illud facta esse. Potuit igitur

igitur verbum in principio esse & Deus esse, & potuerunt deinde suo tempore omnia per illud fieri, quando scilicet facere ista omnia cepit, quod paulò post initium Evangelii, cum Christus docere cepit, factum esse, testantur S. literæ. Cum enim Iohannes Baptista captus esset, a quo initium Evangelii, teste Marco cap: 1. 1. faciendum est, Christus cepit docere, & ab eo tempore omnia per ipsum fieri cæperunt.

Quartum est, *Ea verba, sine ipso factum est nihil, quod factum est, eam vim habent, ut nihil omnino sit factum, quod non sit per verbum factum, quæ cum absolutè dicantur, nullo modo ad res tantum Evangelii restringi debent.* Sed & hoc totum nihil aliud suadet, quàm omnia, quæcumq; ad Evangelium pertinent, facta esse vel per Christum, vel saltem non sine Christo, nisi doceatur, vocem *omnia* absolutè accipiendam esse, quod hætenus factum non est, nec imposterum fiet unquam. Posse autem ad certa quædam omnia, talia verba addi, is facile confitebitur, qui considerat, aliqua eorum, quæ ad negotium Evangelii pertinent, eaq; non minimi momenti, non per ipsum Christum, sed per Apostolos illius facta esse: & præterea exemplum huiusce locutionis apud eundem Iohannem infra habes, c. 18. 20. *Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga & in templo, quo undiq; Iudei conveniunt, & in occulto locutus sum nihil.* Vbi certum est, de eadem re dici ista omnia, ad tanto scilicet rectius eam explicandam.

Attulerat, ad mentem suam explicandam, Socinus locum Rom. 1. ubi etiam invisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, dicuntur intellecta conspici. Hoc Smiglecus ita simpliciter repellit, quòd ex omnium interpretum sententia locus ille Pauli de rebus factis multò ante Evangelium intelligatur, quippe quod Paulus de gentilibus loquatur &c. Sed hæc responsio indigna est Smiglecii ingenio. Non enim parit errori patrociniū errantium multitudo. De gentilibus autem, quatenus gentiles sunt, ibi Paulum sermonem habere, prorsus incertum est. Nam de iis loquitur, qui illam veritatem detinent in injustitia. Hoc autem de gentilibus, quatenus Christi prorsus expertes sunt, dici non potest. Nulla enim veritas Dei est, quam illi detinent, aut detinere possint in injustitia: Nec dici potest, gentiles, quatenus gentiles, omnes in injustitia fuisse positos. Cum ad hoc requiratur insignis quædam malitia, quæ plurimos gentilium caruisse & verisimile est, & testantur etiam historiæ. Loquitur deinde de illis, in quibus, quod notum est Dei, manifestum est. At in gentilibus, quatenus gentiles & extra vel ante Christum sunt, non omne, quod notum est Dei, manifestum est: Imò vix millesima pars ejus, quod notum est Dei, illis manifestum est. Loquitur porrò de illis, quibus Deus id, quod in eis mani-

De quibusnãm  
gentibus sermo  
sit Rom: 1.

festum erat, revelavit. Gentilibus autem, quatenus gentiles, nulla revelatio contigerat. Quæ enim naturaliter illis insita erant, illa revelationis nomine indigna prorsus sunt, vel saltem nusquam ita appellantur. Imò pugnant secum, naturaliter insita & revelata. Loquitur deniq; (ut alia non pauca omittam) de illis, qui Deum cognoverant. Gentiles autem, quatenus gentiles, quantumvis habeant recti & pravi cognitionem, nunquam tamen Deum cognovisse dicuntur. Sed hæc

ὅς ἐν παρόδῳ.

Quintum argumentum Smiglecii est, si scriptura per scripturam explicanda est, satis apparet, quænam sint ea omnia, quæ per verbum facta sunt. Nam idem Ioannes mox ait: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Et Paulus Col. 1, 16. In ipso condita sunt omnia, in cælis & in terra, visibilia & invisibilia, sive throni sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum & in ipsum (in ipso habet Smiglecus cum vulgata,) sunt creata, & ipse est ante omnes, (omnia habet Smiglecus) & omnia in ipso (constant omisit Smiglecus.) Et ait: Eniguitur omnia per verbum facta sunt, Mundus in primis ipse, qui omnia continet, deinde omnia in cælo & in terra, visibilia & invisibilia, non homines solum sed & Angeli. Sed, cum vox Mundi præter hanc cæli & terræ machinam alia etiam significet, quis non videt vitium in argumentatione Smigl.? Significat autem, inter alia, solos homines, & ipsum etiam mundum futurum, ut in refutatione Monstrorum docuimus. Quia porro minus est, omnia quæ sunt in cælis & in terra, visibilia & invisibilia, quàm ipsum cælum & terra, quomodo ex eo creatio cæli & terræ jure colligi potest? Ait quidem Smiglecus, nihil referre, quòd Paulus dixerit, omnia quæ sunt in cælis & in terra: sed illud non probat. Nam quòd ait, clarum esse, eundem esse conditorem cæli & terræ, qui est cæterorum in cælo & in terra existentium, id & obscurum & falsum prorsus est, cum ex minori majus colligi nullo modo queat. Qui est conditor cæli & terræ, cum etiam conditorem eorum, quæ in cælo & in terra sunt, clarum est: at non vice versa. Quod porro ait, non insolens esse in scriptura, ista phrasi omnia absolute denotari, id quàm falsum sit, in refutatione monstrorum, ubi se illud probasse ait Smigl., ostensum est. Fallitur autem Smigl., dum per ea, quæ sunt in cælis, Angelos, per ea quæ in terra sunt, homines absolute intelligit. Nec enim homines, quatenus homines sunt, per Christum creati esse dicuntur. cum ad demonstrationem vel declarationem istius rei tantum id ab Apostolo dicatur, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit ipse primatum tenens in omnibus. Unde duo colligi possunt, nempe & respectu fidelium tantum dici,

tum dici, per Christum creata esse omnia. hi enim soli sunt corpus Ecclesiarum; & creationem illam omnium in terra aliud nihil esse, quam, ut sic loquar, recreationem, quatenus scilicet Christus Dominus illorum absolutus effectus est. Vnde porro inferri potest, eatenus etiam omnia, quæ sunt in cælis invisibilia, per Christum creata esse, quatenus Christus omnium illorum Dominus absolutus evasit. Eodem enim modo creata sunt omnia, quæ sunt in cælis invisibilia, quo creata sunt omnia in terra invisibilia. Et sanè solæ voces Thronorum, dominationum, principatum & potestatum, quibus ea omnia, quæ in cælis sunt invisibilia, declarantur, satis superq; docere possunt, Apostolum non de creatione substantiarum, sed de reformatione dignitatum Angelicarum agere. Præterea mentio Thronorum, dominationum &c. satis innuere videtur, non esse hic sermonem de creatione cæli & terræ. Creatio enim Thronorum, nihil ad hanc creationem pertinet, ut pote in qua nullam Moses creationis angelorum aut thronorum illorum mentionem facit, & quos multò ante a Deo conditos esse, planè est verisimile. Iam quod ait, etiam si Paulus dixisset, cælum & terram condita esse per Christum, nos tamen non quieturos, sed novos fucos excogituros, in eo disputare cessat, & ominari incipit. At malè ominari, non est benè argumentari aut respondere. Errat autem, dum ait, nos ita facere, quando producunt ad versarii locum Heb. I. *Tu in principio Domini terram fundasti* &c. ut suo loco infra patebit. Nunc hoc addam, vel ex eo, quòd omnes ad versarii per consequentias, quas vocant, ex sacris literis deducere conantur, Christum esse creatorem cæli & terræ, qualia sunt, *omnia per ipsum facta, omnia per ipsum creata sunt, quæ in cælo & in terra, secula per eum facta sunt*, constare, eos non confidere loco illi Hebr. I. *Tu in principio Domine terram fundasti* &c. Cur enim non isto potiùs loco, in quo disertè dicitur, Dominum illum terram fundasse, uterentur, quàm aliis obscurioribus? Imò quidam, qui idem cum Smiglecio sentiunt, loco illo prorsus non utuntur ad docendum, quòd Christus creaverit cælum & terram. Vnde constat, eos planè argumento ex illo ducto diffidere.

Facit porro Smiglecius Socinum objicientem, D. Ioannem consultò verbo Faciendi non creandi usum esse, ne creationem rerum omnium Christo tribueremus. Facere enim esse ex præexistenti materia facere, creare autem esse ex nihilo condere. Et hanc futilem appellat conjecturam, propterea quòd non rarè hæ voces confundantur in scriptura, & pro eodem accipiuntur. Sed parum candidus hic est ipse Smigl. Nihil enim Socinus objicit in loco citato, sed ad objectionem Bellarmini ex Augustino sumptam, quæ est: Verbum non est factum.

Quatenus per Christum homines & angeli creati.

Moses nihil loquitur de creatione angelorum.

Ergo non est creatura, respondens, docet infirmam esse istam argumentationem, cum, ex sententia Theologorum, differant creare & facere, & facere eum etiam dici posse, qui non creat, adeoq; etiam si non factum sit verbum, hinc tamen non consequi, illud non esse creatum, idq; Arianos adversus Homousianos contendisse. Unde constat, nihil conjectare Socinum, sed conjecturam aliorum refutare. Quæ verò de voce faciendi, & cur ea Iohannes usus sit, differit Smiglecus, an non conjectura sint, eaq; nullo fulta fundamento, judicent rerum divinarum periti. Totum enim hoc nihil valet, nisi probetur, vocem Facere semper æqui pollere voci creare, quod opinioni Theologorum contrarium esse Socinus docuerat, & ipse etiam Smigl. supra negaverat. fol. 10. libelli sui.

Vocis Per significatio.

Negat porro Smigl. vocem, *Per*, causam instrumentalem significare, quod nos etiam inter alia, ad argumentum adversariorum ducti ex talibus locis, ubi per Christum facta esse omnia dicuntur, respondere solemus. Et dicit primùm, de Deo etiam dici, quod per eum omnia, qui tamen non sit causa instrumentalis. Deinde dicit, vocem *per* quandoq; tantùm significare causam interpositam. Sed hoc totum nihil valet. Non enim nos sumus, qui argumentamur, aut dicimus, vocem *per*, ubiq; causam instrumentalem significare. Quod si faceremus, rectè nos refutaret Smiglecus: Sed Smiglecus est cum suis, qui ex verbis, in quibus dicitur, per Christum esse facta omnia, vult concludere, Christum esse omnium creatorem vel causam efficientem principalem. Iam si nos unam instantiam afferre possumus, quod vox *Per* aliquando causam instrumentalem vel mediam significat, corrumpit argumentatio Smiglecii ex voce *per* ducta. Quando igitur magis ut corrumpat necesse est, si doceri possit, vocem *per* plerumq; causam instrumentalem significare, quod ita se habere nec ipse Smiglecus diffitetur, dum ait, vocem *per* non necessariò causam mediam significare. Deinde verò, quis est qui nesciat, posse hanc vocem diverso modo tri bui Patri & Christo, Christo scilicet, quare nus est causa media, Patri verò, quatenus est causa causarum etiam mediarum, & interdum non tantùm causa alicujus rei efficiens prima est, sed etiam loco causæ mediæ agit. Quæ differentia ex eo patet, quod de Christo non tantùm dicitur indefinitè, per eum esse facta omnia, sed etiam quod Deus per eum omnia fecerit, quod nunquam de Deo Patre dicitur, aut dici potest. Quod objici posse sensit Smiglecus, ideoq; ad hoc etiam responsionem parat, sed talem, quæ desperationem causæ prodit. Ait enim, *vocem hanc nihil aliud tunc significare, quàm causam interpositam, qualis qualis illa sit, sive æquè precipua, sive æquè deseruiens, sensumq; esse, non sine illa*

De Christo dicitur, quod alius per eum agat: at de Deo nunquam.

69  
sine  
ren  
inst  
di  
est  
don  
stun  
pro  
lus  
pos  
tun  
actu  
ria  
inte  
aliqu  
agat  
inte  
per  
quo  
stru  
alium  
sa p  
han  
per  
At c  
caul  
  
ri D  
non  
per  
coll  
se or  
asse  
que  
quo  
exp  
stam  
lan  
prob  
dens



sine illa aliquid perfici. Quomodo etiam dicere solemus, filios per suos parentes, & subditos per suos dominos facere aliqua, non tanquam per sua instrumenta, sed interposita eorum autoritate. Iam verò solitos loquendi modos cum insolentibus miscere, & illos per hos explicare, quid est aliud, quàm latebras quærere? Liberos per parentes, subditos per dominos aliquid facere, insolitum est: At Deum per alios & per Christum omnia ferè facere, tanquam per instrumenta ita frequens est, ut pro differentia Dei Patris & Christi, quam vocant, specifica hoc Paulus tradat, ex patre esse omnia, per Christum verò omnia. Adde, si dici possit, filios per parentes, subditos per dominos aliquid facere, jure tunc parentes & dominos pro causa media vel instrumentali, quoad actum & operationem vel negotium illud, haberi posse. Nec contraria sunt, aliquem, ut causam mediam considerari, & ejus autoritatem interponi. Quemadmodum, si nobilis aliquid procuret per Palatinum aliquem, jure is palatinus causa instrumentalis, per quam causam suam agat nobilis, dici posset, licet ad agendum autoritatem suam Palatinus interponat. Atq; ita certum manet, vocem *Per*, quando una causa per aliam agit, semper esse mediam vel instrumentalem: Et vanum est, quod ait Smiglecius, si causa illa, per quam aliquid fit, sit aliquando instrumentalis, id non ex particula, quæ id determinatè non indicat, sed aliunde colligi debere. Nam & vox *Per* plerumq; id significat; & causa præterea evidentes sunt, quæ suadent, in hoc loco Ioannis vocem hanc *per* causam instrumentalem significare. De eo enim dicitur, quòd per eum omnia sint facta, qui talis Deus est, qui apud Deum illum fuit: At qui talis est Deus, ut apud Deum illum unum fuerit, is nullo modo causa efficiens principalis rerum omnium esse potest.

Sed iterum nos premit suo more Smiglecius, dum ait, *nos confiteri Deum per verbum in se existens fecisse omnia, & tamen verbum illud non esse instrumentum. Instrumentum enim esse diversum ab agentis persona: verbum autem divinum Deo esse consubstantiale.* Vnde verò collegit Smiglecius nos fateri per verbum in se existens Deum creatorem omnia? Nos enim, cùm de Deo dicitur, eum per verbum suum creatorem omnia, intelligimus, eum omnia suo jussu & voluntate creasse, quemadmodum tum ex Mose, tum ex Psalmo 33. colligi potest. Nam quod semel dicitur, verbo Domini cælos esse creatos, id deinde ita explicatur, *Ipsè dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.* Istam verò curiosam, de verbo Dei cõessentiali, quæstionem, iis ventilandam relinquimus, qui, quomodo suas opiniones ex sacris literis probent, non inveniunt. Quod verò, quasi aliud agens, & sibi diffidens, ait, se alia etiam ratione nobis satisfacere posse, nempe, quem-

1. Cor: 2. 6.

Deus omnia jussu creavit.

admodum Ioannes de verbo dicit, per illud esse facta omnia, sic etiam Paulum de eodem verbo dicere: Tu in principio terram fundasti, Heb: 1. quàm id falsum sit, ipsa res loquitur. Nulla enim verbi mentio est Heb: 1. ut paulo infra abunde ostendemus, in responsione ad caput 15.

Denique Socinum adhuc objicientem facit Smiglecius, non posse colligi, verbum non esse factum, ex eo, quòd omnia per ipsum sint facta, quod Augustinus concludit. Sed primum non Socinus objicit quicquam, sed Augustinus est, qui objicit, Socinus verò est qui objectionem eius diluit. Deinde ait Smiglecius Socinum oppone re ad vim argumenti Augustini retundendam, quod in huiusmodi locutionibus universalibus excipiatur is, de quo ipsa universalis locutio effertur. Sed præter hæc duo alia affert, pro responsione, Socinus. Docet enim primum, malè concludi ex eo, quòd Verbum non sit factum, verbum non esse creatum. Cùm ex sententia Theologorum differant *facere & creare*, & Arianos facilè concessuros fuisse, Christum non esse factum, quem tamen creatum esse contendebant. Attulerat etiam pro responsione tertia, vocem *omnia* plerumque generaliter usurpari de materia subjecta, non verò universaliter. Sed quia fortassis credidit Smiglecius, se antea ad hæc respondisse, sinamus illa, & videamus, quomodo hanc secundam Socini responsionem impetat, cuius exemplum etiam attulerat ex eodem Iohannis capite, in quo v: 7. de Ioanne Baptista dicitur, eum venisse, ut testimonium perhiberet de illa luce (Christo), ut omnes crederent per illum. ubi certum est, in ista locutione, ut omnes crederent per illum, Iohannem Baptistam excipi, cùm tamen & ipse per Christum crediderit, nempe in Christum. Ait igitur, *Socinum vim argumenti non retundere, quam non assequitur.* At Socinus eadem verba, quæ Bellarminus citat, & quibus argumentum Augustini continet, recitat, ut ex collatione videre est. Vnde sequitur, aut ipsum Bellarminum vim argumenti Augustini assecutum non esse, aut Smiglecium. Diverso enim modo uterque illud proponit. Socinus verò non debuit aliter respondere ad argumentum, quàm ut a Bellarmino allatum fuit, quod an assecutus sit, res ipsa iudicat, dum triplici illud responsione prorsus prostravit.

Sed & ipsius Smiglecii formationem videamus, qui ait, *Augustinum non in eo tantùm argumentationem ponere, quòd per verbum facta sint omnia, sed etiam, quòd ita facta sint per verbum, ut non nisi per verbum fieri potuerint, quòd is sit naturalis Dei agendi modus, verbo facere omnia. Quocirca si & ipsum verbum factum sit, per aliud verbum factum esse, cùm verò non detur verbum verbi, consequens esse, verbum Dei non*

Dei non esse factum, neque fieri potuisse. Sed in hac agumentatione Augustini, quemadmodum eam Smiglecius reformavit, primùm crassa est petitio principii, dum affirmatur, in Deo naturaliter tale verbum inesse, quod persona sit, qualem Christum esse nemo negat. Deinde æquivocatio etiã in eodem non minùs crassa est. Verbum enim Dei aliud esse potest & est, præter Iesum Christum. cùm Christus persona sit: at non omne verbum Dei persona est. Verbum enim Dei dici potest simplex Dei mandatum & voluntas, ut paulò ante docuimus. Vnde constat, potuisse verbum, quod a Iohanne describitur, fieri, nec tamen per aliud verbum, quod scilicet persona sit, fieri. Denique & illud falsum censerì debet, Deum per verbum, nempe essenziale, omnia facere. nam, quæ Deus per angelos vel prophetas, & alios homines divinos facit, ea verbo isto cum facere dici nullo modo potest. cùm Angeli, propheta & alii divini homines nec illud verbum essenziale Dei, aut Christus, nec Dei mandatum re ipsa sint.

## CAPVT XII.

*De loco Colos. 1. In ipso omnia creata sunt, quæ in calis & in terra, visibilia & invisibilia.*

Hic primùm Smiglecius laborat in ostendenda consensione Pauli cum D. Iohanne. Sed duplici defectu. Primùm enim, etiamsi per omnia consentirent hi duo loci Ioh. 1. & Colos. 1., nisi ostendatur, Iohannem de creatione rerum omnium agere, quid ista collatio proderit? Hæc verò an ex Iohanne probata sit, aut probari possit, per ea, quæ hactenus diximus, puto sole meridiano clarìus apparere. Deinde verò non talis est consensio, qualem statuit Smiglecius. Etsi enim de eodem Christo sermo sit utrobique: tamen ea, quæ in loco ad Colos. de eo dicuntur, longè sunt diversa ab illis, quæ Ioannes tractat. Ioannes enim simpliciter suo modo ait, omnia per Christum facta esse: Paulus verò ea omnia, quæ per Christum creata sunt, ita determinat, ut tantùm ea, quæ in calo & in terra sunt, visibilia & invisibilia, thronos, dominationes, principatus & ecclesiam intelligat. Paulus vicissim etiã Angelorum dignitates ad creationem, de qua sermonem habet, refert, de quibus nulla apud Iohannem mentio. Ioannes de his omnibus potissimùm loquitur, quæ, Christo in terris mortali degente, facta sunt, ob quam causam etiã addit illa verba, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, ut ostenderet, alia etiã, quæ per Apostolos scilicet facta sunt, ad Evangelium pertinentia, non sine Christi opera facta esse. Paulus verò potissimùm de his loquitur, quæ Christo exal-

Quatenus locus Iohannis 1. cum loco Col. 1. consensiat.

1. Dissensio.

2.

3.

sto exaltato facta sunt, qualia sunt, Reformatio omnium creaturatum, & inhabitatio per eundem plenitudinis, & reconciliatio omnium, quæ sunt in cælo & in terra, quod ipsa mentio sanguinis crucis, per quam ea facta esse ait, satis indicat. Reliqua libens omitto. Quæ verò istius consensionis affert argumenta Smiglecius, ea infirmissima prorsus sunt plæraque. Nam in principio esse, est Smiglecio, ab æterno esse. At primogenitum esse omnis creaturæ, in quo consensionem statuit, est unum esse ex creaturis. Semper enim primogenitus ad illa pertinet, quorum est primogenitus. Sentiens hoc Smiglecius, verba Pauli ita explicat, hoc est, ante omnem creaturam genitus. Sed hæc explicatio nimis licentiosa est, de quo in refutatione Monstrorum, & paulò infrà plura. Omnia per ipsum facta esse, Smiglecius ad creationem veterem refert: At quæ cum his consentire a. it ex Paulo, ea tantum illorum, quæ sunt in cælis & in terra, creationem continent. Hæc verò non esse omnia creata, docuimus etiam in refutatione Monstrorum. Istud verò, quod ad ravim usque Smiglecius inculcat, & quod tituli loco libello huic præfixit, nempe Verbum caro factum est, quidnam habet in loco ad Colos: cui respondeat, & cum quo consentiat? Vnde insignis defectus istius consensionis apparet omnibus sapientibus. Christum enim esse caput Ecclesiæ, vel primogenitum ex mortuis, nihil cum ejus, quam vocant, Incarnatione, commune habere, ipsa ratio testatur.

Hoc absoluto ad nostras hujus loci interpretationes refellendas sese convertit, quibus nos ista omnia, quæ ipse scilicet de consensione ista differit, pervertere ait. Quod quidem accuratè nos etiam examinarem, nisi jam id a nobis præstitum esset in refutatione Monstrorum. In quibus prorsus eadem scribit Smiglecius quæ hic leguntur, ut mirari jure quis possit, quid in eo lateat sapientiæ, in duobus libellis uno anno de eadem re editis, cum quodam lectoris quasi ludibrio, unum idemque ad nauseam usque toties iterare. Conferat benevolus lector hoc caput cum particula cap: 26. Monstrorum, & rem ita se habere consitebitur, & fortasse etiam mecum mirabitur. Summam rerum repetam. Nos per omnem creaturam, novam creaturam; per creationem reformationem intelligendam esse affirmamus. Smiglecius contra hæc ita insurgit, 1. Paulus de omni creatura absolute loquitur. Ergo non de nova. 2. Paulus v: 18. demum de renovatione agit. Ergo non v: 17. 3. Paulus inter creaturas conditas in cælo numerat thronos, &c. At hi semper fuerunt novæ creaturæ. 4. Primogenitum omnis creaturæ esse, significare ait, esse ante omnem creaturam, idque probat loco Ecclesi: 24. 5. Per ea quæ sunt in cælo & in terra,

Apparentia consensionis. 1.

Licentia Smiglecius.

Defectus consensionis.

Otiosa Smiglecius repetitio.

creatura  
liatio o  
inis cru  
omitto.  
ea infir  
niglecio,  
quo con  
rimoge  
noc Smi  
ram ge  
tatione  
se, Smi  
entire a.  
creatio  
etiam in  
nigleci  
Verbum  
deat, &  
onis ap  
fia, vel  
arnatio

ellendas  
nsensio  
am exa  
ne Mon  
e legun  
duobus  
quasi lu  
erat be  
, & rem  
r. Sum  
creatu  
namus.  
a abso  
enova  
in celo  
Primo  
m crea  
lo & in  
terra,

terra, ipsum etiam cœlum & terram intelligi contendit. Ad hæc omnia  
responsionem habes in cap. 26. particula, qua locus iste examinatur.  
Summa illius est. Ad 1. dictum fuit. Creaturam absolutè positam soc  
pe non omnem creaturam significare. Esa. 43. 7. Psal. 51. 12. Apoc. 3. 14.  
Ad 2. responsum est, primùm, potuisse Paulū de eadem reformatione  
hic agere, diverso respectu: Deinde non agere Paulum de eadem re  
formatione v. 15. & 18. Non omnia enim, quæ ad eam, quæ v. 18. descri  
bitur, reformationem pertinent, pertinent etiam ad eam, quæ v. 15. de  
scribitur. Ad priorem enim pertinent etiam demones, qui & ipsi  
dominationum & principatum nomine alibi exprimuntur, quate  
nus Christus absolutus eorum Dominus evasit, qui ad posteriorem,  
nempe reconciliationem non pertinent. Ad 3. dictum fuit: Angelos  
semper quidem fuisse novas creaturas, sed non isto modo, quo Paulus  
eos considerat. Nam, ab ipso creationis suæ initio, neminem alium  
pro Domino, præter creatorem suum, agnoscebant: at post exaltatum  
Christū, eum etiam pro domino suo agnoscunt. Quartū refutatū fuit,  
hoc modo, verba illa de sapientia, quod sit primogenita ante omnem  
creaturam, nec ex libro authentico citari, nec in græco textu libri apo  
cryphi haberi, adeoq; suspecta prorsus esse debere: Possè etiam, si quis  
ea rigidè urgeat, de ea sapientia Dei dici, quæ, ut creata, considerari  
potest. Ad 5. dictum fuit, prorsus falsum esse, per ea, quæ in cœlis & in  
terra sunt, alicubi ipsum cœlū & terrā intelligi. His ita breviter re  
petitis, pauca quædam supersunt, quæ responsione peculiari indigent,  
quale est illud, quod Smigl. ait, Christum ante omnem creaturam fu  
isse, a constitutione mundi, quia statim a condito mundo cœperint  
esse novæ creaturæ, per fidem & dilectionem. Sed hoc uno verbo ex  
pediri potest. Nempe non quemvis, qui fide præditus est & dilectio  
ne, novam creaturam, ex mente sacrarum literarum, appellari, sed cum  
demum, qui eo modo fide & dilectione præditus est, quem sacrosan  
cta Christi religio præcipit. Vnde illa Pauli verba: *si quis in Christo (est)*  
*nova creatura est: vetera transierunt, ecce facta sunt nova omnia.*

Quis sit nova  
creatura cense  
dus.

2. Cor. 5. 17.

Alterum est, dum ait, aliud esse condere seu creare novas creatu  
ras, aliud jam conditas gubernare vel ordinare: Paulum verò non di  
cere, creaturas esse ordinatas, sed *conditas*. Sed nemo dicit, condere esse  
gubernare: sed dicimus, creare, esse denuo creare vel reformare, &  
hanc esse posse vocis hujus significationem, exemplis docemus. Istius  
autem reformationis consequens est, gubernatio. Vnde constat, jure  
tunc dici posse creari aliquid, cum reformatur.

Illud etiam valdè infirmum est, & in refutatione Monstrorum  
solutum, quod novæ creaturæ, non ratione officii sed ratione gratiæ  
& chari-

Non angeli, sed  
throni eorū sunt  
creati a Christo

& charitatis dicantur. Diversa enim ratione diversis creaturis reformatio competere potest: hominibus, ratione gratiæ, Angelis, ratione officii. Simile huic illud est, quod ait, cum officia in aliquem conferuntur, non dici, eum creari. Nam nec Paulus dixit, Angelos esse creatos, simpliciter, sed tantum, quatenus illorum throni & dominationes sunt creatæ vel immutatæ. Ut igitur is, in quem officium confertur, creari non dicitur: sic, dignitatem ipsius creari vel reformari, perelegantur dicitur, quando aliqua singularis ei accedit mutatio. Nec refert, quod Paulus dicat primum, omnia quæ in cælis invisibilia, creata esse. Verba enim sequentia, *sive throni &c.* explicatio sunt istorum priorum, & non permittunt, ut ea absolute accipiantur. Nam si de Angelis dixisset Apostolus, eos esse creatos per Christum, quid opus erat addere thronos eorum. cum angeli sine thronis suis considerari nequeant, quemadmodum throni sine angelis considerari suo modo possunt, & aliquid thronis accidere, salva manente essentia ipsa Angelorum, potest.

Sophismata  
Smiglecia

Rudis autem est Smigl. vel saltem astutus, dum ideo thronos & dominationes Angelorum mutatas esse negat, quia Throni non desierint esse Throni. Loco enim reformationis, Mutationis voce utitur, quæ interdum etiam ejus, quod mutatur, abolitionem significat. cum vox Reformationis necessario requiratur, ut id, quod reformatur, maneat certo respectu, & ita reformari throni poterunt, etiamsi esse non desierint. Quod vitium augetur a Smigl. dum ait, angelos non mox a suo gradu & dignitatibus decidisse, quando Christo homini subiecti esse coeperunt. Nemo enim nostrum ita loquitur unquam, sed eos in suo gradu & dignitate mansisse affirmamus: interim tamen eatenus mutatum istum gradum & dignitates esse contendimus, quatenus, præter unum Deum, alium etiam regem agnoscere coeperunt. Quemadmodum, quando una cum Sigismundo Rege Poloniae Augustus filius ejus regnare coepit, dignitatum mutationem vel reformationem factam fuisse, jure dici potest, quatenus & patrem & filium iidem senatores & officiales regni pro rege agnoscere coeperunt, qui antea solum Patrem pro rege agnoscebant.

In peccatissimum denique est Smigl. dum ait: *Si propter novum ordinem impositum a Christo angeli creati dicendi essent, Deus etiam ipse creatus a Christo diceretur. Vnum enim ex præcipuis, quæ a Christo facta sunt, est hoc, quod Deus factus sit nobis ex irato placatus, & ex offenso reconciliatus.* Nam & captiose dicitur, alium ordinem angelis impositum a Christo, eum eos tantum reformatos esse dicam. Quod vicissim de Deo dicere nimis esset blasphemum, is enim nullo modo reformari aut alicui subiectus

s refor-  
atione  
confe-  
se crea-  
atione  
fertur,  
erele-  
Nec re-  
creata  
torum  
de An-  
opuse-  
iderari  
modo  
Ange-

nos &  
desie-  
utitur,  
r. cum  
r, ma-  
si esse  
os non  
omni  
quant,  
amen  
, qua-  
erant.  
Augu-  
machi-  
idem  
antea

dinem  
eatus  
ant, est  
ncili-  
risto,  
dice-  
alicui  
ctus

subiectus fieri nullo modo potest. Deum verò ex irato placatum, ex of-  
fenso reconciliatum factum esse per Christum, quàm sit falsò dictum,  
in refutatione Monstrorum, ad quæ etiam Smigl. lectorem hic remit-  
tit, satis accuratè ostensum est.

Vnum adhuc carpit in Socino Smigl. quod est, Paulum in loco ci-  
tato ad Colof. nomine Thronorum &c. malos angelos intelligere, &  
probat, non minùs eodem nomine Angelos bonos designari. Quasi  
verò Socinus unquam affirmârit, per voces Thronorum, domina-  
tionum &c. solos malos angelos significari, & non potiùs de bonis An-  
gelis rectè & propriè ea verba intelligenda esse doceat, de malis au-  
tem intelligi tantùm etiam posse indicet.

In eo deniq; quòd ridet Socinum, qui catenus creatos esse ait ma-  
los angelos, vel potiùs thronos illorum, per Christum, quatenus Chri-  
stus eos abolendi potestatem habet, & addit: *Quis tunc condi vel creati  
aliquem dixerit, cum omni officio & potestate spoliatur, ipse dignus est  
castigatione, qui nihil nisi cavillari possit.* Socinus enim constanter,  
per creationem thronorum istorum malorum angelorum, aliud nihil  
intelligit, quàm talem illorum reformationem, quâ Christus illis o-  
mnibus dominari potest, & re ipsa dominatur, cujus dominationis de-  
inceps consequens est, ipsorum malorum angelorum abolitio. Hinc  
enim vel maximè apparet, Christi in illos divina potestas.

### CAPVT XIII.

*De verbis D. Iohannis: Mundus per eum factus est.*

**M**VNDUM PER verbum factum esse credimus: Sed, mundum, vete-  
rem hunc mundum significare: vocem item *Factus* æquipollere  
voci *creatus*: verba deniq; *per eum*, causam principalem efficientem  
denotare, pernegamus, & ita triplicem ab adversariis errorem com-  
mitti contendimus, dum ex his verbis docere conantur, Christum  
esse cœli & terræ & omnium rerum creatorem.

Vocem *mundum* veterem hunc mundum necessariò significare,  
nemo sanæ mentis affirmare potest. Significat enim præter alia, ho-  
mines tantùm, & futurum etiam mundum, quemadmodum & vox  
orbis terræ vel *διεσφυρη* interdum futurum orbem terræ significat,  
ut in refutatione Monstrorum, & in homiliis nostris super hanc lo-  
cum abunde demonstratum est. Dum igitur hoc ad locum Iohannis  
explicandum afferimus, & dicimus, verba Ioannis, *Et mundus per eum  
factus est*, vel fiebat, intelligi posse, vel de hominibus, quatenus per  
Christum reformati sunt. quo sensu etiam dicitur, Christum illomi-  
nasse o-

nasse omnem hominem; vel de vita æterna, quatenus per Christum revelata & danda est, quo sensu etiam dicitur, gratia & veritas per eum facta, impudentissimè quidem nos quodlibet effutire ait Smigl.; ipse verò nos imperitissime refutat. Ait enim, *in gratitudinem hic exaggerari hominum*: Quali verò non pariter exaggeretur eadem ingratitude, si dicatur, homines per Christum reformatos esse, hoc est, per Christum non stetisse, quo minus reformarentur; vel per Christum vitam æternam fuisse revelatam, & tamen homines tantùm benefactorem non agnovisse, quàm si dicatur, per eum mundum hunc aspectabilem esse factum: Imò per illud multò magis, quàm per hoc. De quo vide plura in refutatione Monstrorum; ibi enim planè idem habetur quod hic. *Propria Christi, esse mundum hunc aspectabilem, tanquam domum illius, digna est Smigl. interpretatio, qui ecclesie Doctorum commentis potius, quàm ei, quod analogia religionis suadet, vult insistere*: quæ tamen mox a Ioanne refellitur, dum in locum vocis *Propria*, reponit *proprios*. *Proprii autem cerè non sunt hæc mundi domus & machina, sed homines, iique non omnes, sed pars eorum minima, nempe iudæi, quibus, quia Christus promissus erat, illi propria & proprii Christi, jure appellantur. Illud de repetitione articuli in omnibus tribus membris, refutatum est tum a Socino, tum a nobis etiam suprâ, & in refutatione Monstrorum. Mundi nomine bonos intelligi, nusquam a nobis dictum est. Itaque pro cavillo Smigl. aut inertia habendum est, quod nos ita dicentes facit. Quanquam enim dicimus, verba, *Mundus per eum factus est*, ita intelligi posse, homines per Christum reformati sunt: tamen ista interpretatio non ponit statim effectum reformationis, sed tantùm reformantis studium: de quo paulò infrâ plura.*

Quæ propria & proprii Christi.

Nunc videamus, quomodo Smigl. prober, vocem Mundi vel seculi vel orbis terræ, non significare mundum vel seculum vel orbem terræ futurum, quod nos affirmamus. Dicit, *quemadmodum immortale seculum non seculi nomine absolute posito, sed seculi novi vel futuri nomine designatur, ita neque mundi nomine absolute posito, sed mundi novi vel mundi futuri nomine designari boni possunt*. Vbi considera primùm lapsus ingentem Smigl., qui putat, per futurum seculum vel mundum, a Socino intelligi bonos homines, quo vix aliquid ineptius dici potest. Seculum enim futurum boni homines expectant, & in seculum futurum Christus ingressus esse dicitur. Non homines bonos, sed ipsam immortalitatem per Christum factam esse, ait Socinus, idque verbis illis, *Mundus per eum factus est*, significari dici posse. *Quemadmodum etiam voce Terræ, Terra futura, & voce orbis terræ vel mundi, futurus*

Lapsus Smigl.

Vox Mundi immortalitatem quandoque significat.

futura  
stus in  
stum  
sti, co  
do in  
futur  
in cru  
seipso  
sanct  
le & p  
entur  
rum  
libro  
& nu  
S  
stianu  
Quis  
antiq  
& tur  
Quis  
quoru  
potel  
scum  
quæ e  
fente  
A  
cente  
munc  
hic ar  
mund  
mem  
mem  
ab ips  
munc  
cum v  
lis nec  
gleciu  
sunt, d  
sunt, c



ristum  
s per e-  
Smigl.  
ic exag-  
ngrati-  
st, per  
ristum  
enefa-  
c aspe-  
oc. De  
em ha-  
m, tan-  
ia Do-  
uadet,  
m vo-  
e mun-  
eorum  
ili pro-  
culi in  
obise-  
nos in-  
nertia  
cimus,  
Chri-  
m effe-  
pauld

vel se-  
rbem  
orta-  
ri no-  
i novi  
mum  
mun-  
s dici  
secu-  
os, sed  
; ver-  
dmo-  
undi,  
curus

futurus orbis terræ, & futurus mundus significatur, ut Heb. 1, ubi Christus introductus dicitur in orbem terræ, & Hebr. 10, ubi dicitur, Christum ingredientem in mundum dixisse: *Hosiam & oblationem nolui-  
sti, corpus autem aptasti mihi.* Quæ verba de futuro orbe terræ & mundo intelligenda esse, sufficientissimè a nobis demonstratum est in refutatione Monstrorum a Smigl. confictorum.

Quæ verò hîc disserit Smigl. de re incredibile, quòd Christus non in cruce, nec in mundo versans (quod Smigl. est, in mundum ingredi) seipsum sacrificaverit, sed in cœlo demum, id quàm verum & sacrosanctum sit Christianæ religionis mysterium: quàm vero vicissim anile & putidum commentum sit, Christi cruentum in cruce & incruentum nunc in cœlo sacrificium, qui scilicet per manus sacrificulorum se ipsum Deo offerat, tum a Socino prolixè demonstratum est in libro ipsius de Servatore, tum a nobis repetitum in sæpiùs nominata & nuperrimè edita refutatione Monstrorum.

Speciosum illud & populare argumentum, quòd aut orbis Christianus per 1600 annos erraverit, aut Socinus, nunc non examinamus. Quis enim nescit, scripturas sacras & rationes ex eis defumtas, nulli antiquitati (si Apostolicam ipsam excipias, eamq; non prorsus: Nam & tunc fuerunt multi Antichristi) aut multitudini cedere debere? Quis porrò non intelligit, plurimos esse potuisse, qui idem senserint, quorum scripta unâ cum autoribus perierunt? Quis deniq; affirmare potest, neminem nunc extare vel extitisse hoc seculo, qui idem nobiscum senserit aut sentiat? Certè Socinus non semel annotationum, quæ extant in magnis Roberti Stephani Bibliis, meminit, quæ in hac sententia a nobis stare prorsus videntur. 1. Ioh: 2. 18.

Affingit porrò aliquid iterum Socino Smiglecius, dum eum dicentem, vel argumentantem, ut ipse ait, facit, non posse eundem mundum in his tribus apud Ioannem sententiis intelligi. Nihil enim hîc argumētatur Socin⁹, sed Bellarmino, ex repetitione articul⁹, voci mundo additi, argumentanti, quòd de eodē mundo in omnib⁹ tribus membris agatur, respondet, non esse necesse, ut idē mund⁹ in omnib⁹ membris intelligatur, eum manifestū sit, aliter vocem mundi accipi ab ipsis adversariis, in tertio membro, quàm in secundo. Cum enim mundū per Christū factū esse dicitur, cælum & terrā illos intelligere: cum verò dicitur, mundū eum non cognovisse, jam de hominib⁹ malis necesse esse, ut illud intelligat. Hoc verò ita refellere conatur Smiglecius. *Mundi nomine non cælum solùm & terrā, sed omnia quæ in eis sunt, designari. Non mirū autem esse, sitotie a tribuantur, quæ partium sunt, cum & ipsæ partes toti sint.* Idque declarat exēplo, quòd homo dicatur vi-

catur videre & ambulare, etiamsi oculorum proprium sit videre, pedum ambulare, & vicissim non videre vel ambulare, quia oculi non videant vel ambulent. Sed nihil contra Socinum proficit. Firmum enim manet, vocem *Mundi* aliter in tertio, aliter in secundo membro verborum Iohannis accipi, etiamsi articulus repetatur in omnibus membris. Cùm certum sit, mundum, qui Christum non cognovit, non esse illum ipsum, quem per Christum factum esse credit Smiglecus. Hic enim cælum & terram & omnia significat: ille verò tantum homines ex mente Smiglecii, ex mente autem veritatis, tantum malos homines. Mox enim additur, recepisse eundem Christum aliquos. Mali autem homines, & cælum cum terra & omnibus quæ in eis sunt, certè diversum aliquid sunt. Synecdochica locutio, quæ hominum pars pro omnibus hominibus accipitur, usitata est & frequentissima: sed illa Smiglecii, quæ pars mundi, hoc est, omnium rerum creaturarum, accipitur pro toto mundo, vel pro omnibus rebus creatis, prorsus insolens censenda est. Vnde etiam constat, similitudinem ab homine & partibus illius oculis vel pedibus sumtam nihil hîc valere. Nec enim mundus, qui Christum non cognovit, ita pars mundi est, ut oculus & pes partes sunt hominis. Cùm mundus, qui Christum non cognovit, pars tantum sit hominum, non integrum hominum genus, oculus verò & pes hominis non sint pars oculi aut pedis, sed integer oculus & pes.

Defenditur D.  
Moscorovius.

Sed D. Moscorovii etiam ineptiam Smiglecus probat, quem sic argumentantem facit: *si idem sit mundus, in quo Christus fuit, & qui per Christum factus est, sequeretur, prius Christum fuisse in mundo, quam mundus factus esset per ipsum.* Ineptiam verò sic ostendit: *Quasi verò, quod prius commemoratur, prius esse debeat eo, quod secundo loco ponitur, cùm non ex narrationis ordine, sed ex rerum connexionem sit æstimanda natura rerum. Certè si quis diceret, Deum esse in mundo, & mundum ab ipso factum esse, nemo nisi Moscorovius concludet, prius Deum in mundo fuisse, quam is ab eo creatus esset. Ego verò rectissime D. Moscorovium argumentari ajo, nisi dicatur, Apostolum omnia sine ratione dixisse. Nam si dicere voluisset, Christum etiam mundum, in quo fuit, creasse, dicendum ei fuisset, in mundo erat, qui mundus ab eo creatus antea fuerat, vel saltem, & mundus per eum factus fuerat, vel creatus: iam vero cùm dicit, *In mundo erat, & deinde addit, & mundus per eum factus est, vel potius fiebat* (sic enim ex Græco converti potest) manifestum est, illum Christi in mundo existentiam, illi facti (ut sic loquar) per eum mundi prorsus anteponere. Quemadmodum etiam ex eo, quòd addit, & mundus eum non cognovit, necessariò sequitur, prius*

ere, pe-  
li non vi-  
am enim  
bro ver-  
us mem-  
t, non ef-  
glecius.  
tūm ho-  
m malos  
aliquos.  
eis sunt,  
minum  
tissima:  
atarum,  
prorū  
homine  
Neces-  
ut ocu-  
non co-  
genus,  
integer  
nem sic  
qui per  
, quā  
si verò,  
o poni-  
stimā-  
undum  
n mun-  
scoro-  
one di-  
no fuit,  
creatus  
reatus:  
per e-  
potest)  
ni (ut  
m eti-  
sequi-  
prius

etur, prius mundum per eum factum esse, quā a mundo non cognoscere-  
tur. Ineptiret autem proculdubio nimis is, qui diceret, Deum in  
mundo fuisse, & mundum per eum factum esse, cum Deus, ex mente  
adversariorum omnium, ubique sit perpetuo.

Sed revertitur ad Socinum Smiglecius, & explicationem illius  
verborum Ioan: *Mundus per eum factus est*, alteram, quæ est, quod ho-  
mines per Christum sint reformati, refellit hoc modo. 1. *Quod mun-  
dus dicatur absolute factus*. Sed quis nescit voces simplices pro com-  
positis sapissimè usurpari ab Apostolis, more Hebræo? Sed ait Smigle-  
cius. *Advertere debuit Socinus, Divum Ioannem Græcè non Hebræicè  
scripsisse. Græci autem compositis abundant, sicut & Latini. Quasi verò  
non possit Hebræus Græcè scribere, & tamen Hebræis loquendi mo-  
dis uti. Cerrè Paulus etiam Græcè omnia scripsit, & tamen tot sunt in  
ejus scriptis Hebraismi, ut, qui eos non observet, vix aliquid cum fru-  
ctu in illius Epistolis lecturus sit.*

Scripta Aposto-  
lorum Græca a-  
bundant Hebræ-  
ismis.

Deinde ait, quod supra etiam dixerat, *Si mundus sit renovatus, di-  
si non posse, mundum eum non cognovisse*. Sed responsio facilis est.  
Nam ista renovatio non de effectu renovationis, sed tantum de vo-  
luntate renovantis accipi potest, ut jam non semel docuimus. Quia  
verò fieri potest, ut effectus non consequatur alicujus consilium &  
intentionem, & in Christo id revera impletum sit, quod maxima eo-  
rum pars, quorum renovationi Christus studebat, eundem cognosce-  
re noluerint, jure id de omnibus prædicari potest, quod de parte po-  
tiori verum est.

Hanc responsionem rejicit Smiglecius, sed nullo jure. Concede-  
dit enim, in nonnullis locutionibus verum esse, quod verba non effe-  
ctum omnino, sed vim efficiendi significant, ut in verbo Servatoris:  
at in aliis regulam istam non valere ait, quæ scilicet effectum ipsum fi-  
eri significant, qualis est vox *renovandi & faciendi*. Sed quia servandi  
& renovandi vel faciendi eadem est ratio, tam enim servare, effectum  
significat, quā renovare & facere, quis non videt, tam renovandi  
quā servandi verbum ibi etiam locum habere, ubi effectus renovati-  
onis non consequitur? Nec refert, quod non dicatur domus reno-  
vata, si maneat in sua vetustate. Hæc enim locutio propria est & la-  
tina: At de qua agimus, figurata est & Hebræi sermonis propria. Et ad  
reformationem hominum satis est ex parte Dei, si nihil non fiat, quod  
ad eos reformandos facere possit, quod secus se habet in domo. Hæc  
enim res est inanimata, & nisi ipse effectus renovationis accedat,  
nullo modo de ea dici potest, quod sit ab aliquo reformata. Quan-  
quam in loco Ioan: non tantum studium & voluntas renovantis, sed  
ipse etiam

ipse etiam effectus renovationis considerari potest. Quidam enim eorum, quos Christus renovare studuit, renovati fuere, ii scilicet, qui ipsum receperunt. Sed de hoc jam sufficiat.

## CAPVT XIV.

De loco Heb: 1. Per quem & secula fecit.

**P**ER Christum facta esse & secula, vel Deum per Christum & secula fecisse, in Epistola ad Hebr: asseri, credimus: sed, per secula, vetera secula intelligi, negamus. Facere etiam & creare diversa esse, iterum dicimus: Christum denique, ut causam instrumentalem, hinc considerari, per quem Deus secula fecerit, urgemus. Vnde constat, si quidem vetera secula Deus non per instrumentum aliquod fecit, sed ipsemet ea suo verbo & mandato creavit, de illis hinc sermonem non esse. Quod etiam hinc apparet, quod de eo, per quem Deus novissimis diebus ad nos locutus est, & quem omnium hæredem constituit, quod tunc de mum factum est, cum eum ad dexteram suam collocavit, dicitur, quod per eum Deus etiã secula fecerit. Is verò, per quem Deus locutus est novissimis diebus, & quem hæredem omnium constituit, est homo Iesus Christus, per quem nullo modo vetera secula creari potuerunt. Porro secula illa quæ nãm sint, ipsa verborum complexio docet, nempe futura. Hæc enim sola per eum, per quem Deus novissimis diebus locutus est, fieri potuerunt. Facta autem sunt, non simpliciter aut absolutè. nam unã cum Deo semper fuerunt: Sed quatenus nobis facta sunt, quibus ea Christus & promisit & daturus est. Quomodo etiam dicitur facta esse per eundem Gratia & Veritas.

Quibus ita expositis, ad hoc caput breviter respondemus, Smiglecius nihil prorsus afferre, quod ad rem faciat. Nullo enim argumento probat, vocem *secula* significare vetera, nisi isto solito, quod absolutè secula appellentur: nos verò jam non semel docuimus, verba, quantum vis absolutè posita, sæpenumero ad certum quid restringenda esse, de quo scilicet sermonem esse, ipsa loci testatur circumstantia. Quomodo etiam orbis terræ absolutè positus, orbem terræ certum, nempe futurum significat, infra v: 6.; & vox *mundus*, certum, nempe futurum infra cap: 10. Instituit quidem Smiglecius probationem ejus, quod infra v: 6. non possit sermo esse de futuro orbe terratum, & addit prolixam loci Hebr: 2. 5. *Non enim Angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur*, explicationem: Sed quia hæc explicatio ad rem nihil facit; quæ verò pro probatione affert, & in hoc scripto, & nominatim in refutatione Monstrorum prolixè refutata sunt, ne

Secula vetera per  
neminem Deus  
fecit.

Secula futura De-  
us per Christum  
fecit.

Quomodo secula  
per Christum fa-  
cta.

Ioh: 1. 17.

sunt, ne actum agamus, & benevolentiam lectoris abuti velle cum Smigleccio videamur, lectorem eò remittimus. In qua illud etiam, quod de adoratione, Christo ab Angelis debita ante resurrectionem, differit adversus Statorium, prorsus dilutum est.

Addam tamen hic quædam, quæ ibi desunt, quorum hoc primum est, quodd ex verbis illis, *de quo loquimur*, colligit Smigl., autorem illum non respexisse ad præcedentia, sed ad ea, cum quibus conjuncta sunt, quasi scilicet antea c. 1. de veteri, tunc verò c. 2. de futuro mundo loquatur. Sed ego, etiam si in præsentia dicat autor, *de quo loquimur*, eum tamen non ad illa sua verba c. 2. v. 5. ea referre, prorsus statuo. Nullo enim modo opus erat addere illa in c. 2., siquidem de alio ibi mundo loquitur, quàm in primo capite. Quis enim nescit, eum loqui de ea re, de qua loquitur? Sed quia indicare voluit, se de eodem mundo antea locutum esse, de quo tunc etiam loquebatur, etiam si eum antea simpliciter orbem terræ appellasset, & deinde eum adjectione futuri descripsisset, necesse fuit ista verba addi, & sensus est, *de quo loquimur* in hoc nostro scripto, & cujus antea etiam mentionem fecimus.

Alterum est, quodd varias sententias, tam de orbe terræ futuro quisnam sit, quàm de introductione in eum Iesu Christi, recenset suorum Catholicorum, & quorundam etiam refutat, licet autoritate Patrum nitantur. Ait enim, locum hunc Hebr. 1. 6. de introductione in mundum, de judicii die non resurrectionis accipiendum esse, cum tamen Cbrysolomus, Theodoretus, Oecumenius, Sanctus Thomas eum de primo in hunc mundum adventu interpretentur: & de die resurrectionis Salmeron ipsius cum plerisque aliis intelligat. Vnde constat, Smigl. unà cum suis injuriâ nobis insultare, si quando vel nos met ipsi diversam alicujus loci significationem afferimus, vel alii diversam a nobis afferunt, quæ tamen utraq; suo modo sustineri potest, licet alia alii sit veritati vicinior, & loci, de quo sermo est, magis propria. Constat etiam hinc, valdè ineptè illos se gerere, qui nos non semel autoritate suorum Catholicorum premunt, quod ipsum etiam in hoc capite bis facit Smiglecius. Nam si illis, qui eos pro columnis Ecclesiæ suæ habent, censere eos & eorum sententias licet, quomodo nobis, qui, cur eas pro talibus columnis habere non possimus, rationes afferimus in victas, id vitio verti potest? Sed quia hoc D. Moscorovius prolixè in libro suo adversus Scargam docuit, ego nunc diutius persequendo illo superse deo.

Responsio porrò Smigl., quam affert ad nostrum argumentum vel sententiam potius, quæ est, quod autor Epistolæ ad Hebræos de Christo homine loquatur, planè futilis & infirma est. Ait enim, *Paulus summam*

Dissenso Docto-  
rum Catholico-  
rum.

summam hominis Christi præ Angelis dignitatem demonstrare velle, eamq; dignitatem ex eo ostendere, quòd homo ille sit quoq; Deus. In quo multipliciter errat Smigl. Nec enim in illis verbis, per quem & secula fecit, & sequentibus, qui cum sit splendor gloriæ &c. usq; ad v. 4. ulla Angelorum sit mentio, sed Prophetarum, quorum respectu Christus dicitur filius, quem hæredem universorum Deus constituit, per quem & secula fecit, qui sit splendor gloriæ & character substantiæ illius. Deinde cum dignitatem Christi præ Angelis demonstrare aggreditur autor ille, non simpliciter, quòd Christus Angelis sit præstantior, sed quòd sit effectus præstantior angelis, docet, hoc est, quòd Christus plus dignitatis consecutus sit vel hæreditarit, quàm Angeli. Vnde porro constat, quàm temerè dictum sit a Smigl., dignitatem Christi ex eo ostendi in isto loco, quòd homo Christus sit quoq; Deus, nempe summus & unus. Deus enim ille nullo modo effici præstantior angelis potest, nec quicquã præstantius illis consequi; & nemo, Deus ille unus effici potest. Deniq; quæ hæc est licentia Smigl., dum ait, Christum comparari cum angelis, quòd homo ille Deus quoq; sit, nempe naturâ. Hoc enim nunc in quæstione est, & hujus rei probandæ causa tota hæc controversia instituta est. Sed de his plura in refutatione Monitorum. Verum quidem est, ostendi Christi hominis divinitatem in isto loco, quâ & prophetas & angelos superat, sed veram, hoc est, non naturalem, talis enim non datur, nisi in una Patris persona: sed acquisitam & dono Dei Patris in Christum collatâ. Cujus argumenta sunt, quòd respectu Prophetarum Christus est filius: illi servi. Christi hæres constitutus omnium, per eum facta secula: prophetæ mortui, & secula illa e manu Christi expectant. Christus & fuit & est splendor gloriæ Dei, & character substantiæ ejus, quatenus perfectissimam Dei voluntatem perfectissimè revelavit & confirmavit, & eandem adhuc revelat, cujus particulam tantum sub umbris & figuris Prophetæ revelarant. Christus omnia portat verbo virtutis suæ, hoc est, ea quæ ad salutem humani generis spectant, administrat imperioso suo mandato: Prophetæ horum nihil faciunt. Christus, facta per semet ipsum purgatione peccatorum nostrorum, sedet in dextera throni Majestatis in excelsis, quod de Prophetis ne cogitari quidem potest.

Christi præstantia respectu prophetarum.

Christi præstantia respectu angelorum.  
Gal. 1. 19.

Respectu verò Angelorum, qui Prophetis sunt præstantiores, & quorum autoritas, tanquam eorum, per quos lex ordinata fuerat in manu Mediatoris, ut Paulus ait, Christi Evangelio opponi poterat, vel etiam opponebatur, ea est Christi præstantia acquisita, quòd Christus filius Dei factus est unicus & singularissimus: angeli verò sunt effecti vulgares filii Dei; quòd Christo data est ea dignitas, ut ab angelis adoretur; quòd

83  
etur  
est,  
ad fu  
ter  
tant  
& in  
nian  
stent  
ptur  
Nun  
ne vi

N  
mod  
sanè  
adve  
omn  
re, n  
mus,  
non l  
lius p  
um t  
prob  
or an  
lum &  
se pot  
non p  
possit  
teri T  
moni  
& ter  
niver  
script  
rùm e  
senter

eur: quòd Christo datum est regnum aeternum; quòd Christo datum est, ut mundum hunc aspectabilem immutet & destruat, & deinceps ad futurū seculū perducatur suos; quòd Christo datum est, sedere a dexteris Dei: Angeli vero sunt ministri, & spiritus ministratorii, qui non tantum Christo regi subiecti sunt, verum etiam ad eius voluntatem & imperium, ministrant eius populo. Quæ omnia quàm bene conveniant cum veritate Christianæ religionis & per se patet, & a nobis ostensum iri speramus, si, quem super hunc & alios illustres sacræ scripturæ locos scripsimus, commentarius aliquando in lucem prodibit. Nunc ad partem istius capituli a falsa Smigl. & aliorum interpretatione vindicandam accedimus.

## CAPVT XV.

*De loco Hebr. 1. Tu Domine initio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli.*

**N**OS affirmamus, verba Hebr. 1. *Tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli*, ad Christum nullo modo pertinere, nec, ab autore istius epistolæ, ad Christum referri. Et sanè, si hæc verba de Christo exponi posse constaret, quid opus esset adversarios deductionibus uti & consequentiis? Et tamen videmus omnes eos, qui docere volunt, Christum esse creatorem cæli & terræ, non hoc potissimum loco, sed aliis, de quibus hæcenus disputavimus, uti. Senserunt scilicet, non carere hunc locum difficultate, & non sine magna controversia de Christo prædicari posse priorem illius particulam. Nec injuriâ. Nam verba illa, argumentum vel medium terminum, quem vocant, non suppeditant thesiam, quam autor probandam susceperat. Thesis est v. 4. *Christus est effectus præstantior angelis*. Hæc nullo modo per id probari potest, quia creavit cælum & terram. Nam hæc in re Christus angelis præstantior quidem esse potuisset vel esset, si id verum esset: sed præstantior angelis effici non potuisset. cùm hæc dignitas sit naturalis, & acquiri nullo modo possit. Cui addo hoc insuper argumentum. Inconveniens esse, in veteri Testamento, quod de Christo ex professo non agit, extare testimonium, in quo disertè & ad literam dicatur de Christo, quòd cælum & terram creaverit: in novo autem Testamento, ubi de Christo & universa eius præstantia agitur, imò cujus causâ novum Testamentum scriptum est, ne semel quidem illud extare disertè scriptum, sed tantum ex consequentiis quibusdam deduci. Vnde porro consequitur, sententiam illam, quòd Christus sit creator cæli & terræ, saltem non

Cur verba priora huius testimonii ad Christum non pertineant.

necessariam esse ad salutem. cùm omnia ea, quæ hujus generis sunt, expressè & ad literam scripta esse manifestum sit. Hoc ita breviter indicato, quid de loco illo sentiamus, aperiendum est.

Proposuerat autor demonstrare, Christum esse factum Angelis præstantiorem. Adducit ergo testimonium, in quo de Deo quidem Patre sermo est, sed tamen de tali opere istius Dei Patris, quod per Christum olim ad effectum perducendum est, quod est abolitio hujus mundi aspectabilis. Nullum enim dubium est, quin ea, quæ de abolendo, & igne exurendo hoc mundo dicuntur (quæ rem deinde novi seculi introductio vel potius patefactio consequetur), omnia per Christum sint efficienda, cùm is sit, per quem Deus mundum iudicaturus est. Iam si Christus id facturum est, apparet, eum esse angelis præstantiorem effectum, cùm hoc de angelis nunquam dicatur: imò certò constet, eos istius, qui mundum hunc abolebit, ministros tunc etiam futuros.

Si dicat quis: Cur igitur verba priora addita sunt, siquidem ad propositum nihil faciunt? respondemus, hunc esse sacrorum scriptorum morem, ut sæpe numero, absq; omni necessitate, integrum testimonium, ex prophetis vel Psalmis citent, cùm tamen interdum vix unum atq; alterum verbum verè ad propositum pertineat, ut scilicet tantò rectius res intelligatur & orationis obscuritas tollatur. Exempla sunt in hoc eodem capite, v. 10. & 9. In hoc enim testimonio tantum hæc pauca verba, ad propositum faciunt: *Thronus tuus Deus in secula seculi*: Reliqua verò ad rem nihil ferè faciunt. Matth. 12. v. 18, 19, 20, 21. tantum hæc pauca ad propositum pertinent, *Non contendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in platea vocem ejus*: reliqua omnia præcedentia & consequentia ad rem tantum illustrandam adduntur. Act. 2. v. 17, 18, 19, 20, 21, tantum ea ad rem faciunt: *Erit in novissimis diebus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri: super servos meos effundam de spiritu meo & prophetabunt*, &c.: reliqua omnia, non nisi complendæ orationis causâ, addita sunt Et talia exempla occurrunt non pauca in scriptis novi Fœderis. Iam si id alibi tantum jucunditatis vel ornatus causâ fit, multò magis id hic fieri potuisse vel factum esse vel fieri debuisse statuendum est, ubi aliter fieri non potuit. Nam aut mutilum testimonium adducendum fuisset, hoc modo: *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut vestimentum veterascent, & velut amictum implicabis eos & mutabuntur*; & ita nemo intellexisset, quidnam sibi vellent autor, omisso scilicet antecedente, ex quo pendet sensus, istius vocis relativæ, *illi*: vel saltem vox relativa *ipsi* mutanda fuisset in suum antecedens, *calum & terra*, & scribendum fuisset: *Calum & terra peribunt, tu autem per manes &c.* atq; ita non factarum

Quo sensu adducum sit Psalmi testimonium.

Matth. 13. 39.

Cur interdum integra testimonia citentur, quæ ad propositum non pertinent.

Cur in hoc loco testimonium integrum poni oportuerit.

eratur  
tius au  
saltem  
testim  
lingue  
res ni  
facere  
cogita  
natur  
teris,  
Sed nu

A  
præce  
dentia  
hinc i  
specta  
falsum  
vel de  
sti per  
imple  
capite  
Dei, &  
factur  
tate su  
haben  
dici p  
suo lo

F  
nii pr  
de pr  
fectus  
quod  
ram c  
omni  
terra  
a Chr  
ea qu  
ator  
rio &  
pella



erarum literarum testimonium, ut verba habent, sed autoris istius potius autotitate mutatum, allatum fuisset, quod valdè inconveniens vel saltem prorsus insolens esset. Maluit igitur Spiritus sanctus integrum testimonium afferre, & deinde lectori pio & prudenti cogitandum relinquere, quid ex eo ad propositum faceret aut non, præsertim cum res nimis esset manifesta, verba testimonii priora nihil ad propositum facere; & hodie, nisi inveterasset opinio erronea, nemo ea de re vel cogitaret quidem, quam ex hoc loco Smigl. cum suis extorquere conatur. cum constet, patrem creatorem cœli & terræ, tum in sacris literis, tum in ipso Symbolo, quod vocant Apostolico, discretè appellari. Sed nunc videamus quid Smigl. ad versus hæc afferat.

Ait igitur primum, locum hunc de Christo intelligi debere, ut alia præcedentia, idq; ex voce *Et patere*, quæ conjungit testimonia præcedentia cum hoc. Quod quidem nos libenter concedimus. Sed quid hinc inferat Smigl. attendamus. *Porrò ad Christum, ait, is locus aliter spectare non potest, nisi persona Christi sit in eo designata.* Hoc verò nos falsum esse dicimus. Potest enim locus aliquis ad Christum referri, qui vel de ipso Deo, vel de aliis pronuntiatus est, propterea quia in Christi persona vel per Christum, id, quod alibi de Deo vel de aliis dicitur, implendum sit. Exemplum est, præter alia non pauca, in hoc eodem capite. Verba enim, quæ v. 6. sic habent: *Et adorent eum omnes angeli Dei*, & ita ad Christum referuntur, in psalmo ad Deum diriguntur. Vnde factum est, ut autor noster, accommodaturus ea ad Christum, auctoritate sua utens, verba non nihil immutârit. In Psalmo enim verba sic habent: *adorate eum omnes angeli ejus.* Quanquam etiam alia de causa dici potest, verba illa mysticè ad Christum referri posse, de quo alibi suo loco a nostris dictum est.

Rationes deniq; nostras recenset, quibus docemus, verba testimonii priora ad Christum non pertinere. Quarum prima est, quod autor de præstantia Christi, in tempore acquisita, loquatur, ut ex vocibus, *effectus & hereditavit*, apparet. Talem autem nec esse nec esse posse, quod quis sit creator cœli & terræ. Altera, quod absurdum sit, creaturam cum creatore, quatenus creator est, conferre. Tertia, quod contra omnem scripturæ loquendi modum esset, si Christus creator cœli & terræ appellatus hoc in loco esset. Scriptura enim, per Christum, non a Christo omnia condita esse, ait, & quidem non cœlum & terram, sed ea quæ in cœlis & in terra sunt, & soli patri relinquitur, ut dicatur creator cœli & terræ. Ad has verò respondet, & quidem non sine imperio & scommate Smiglecius, dum Socinum hominem hæreticum appellat, & argumenta ejus levissima. Verba nunc mitto, impotentia a-

Cur prioris testimonii verba ad Christum non referantur.

nimi Smiglecciani indices: Quasi scilicet Smigl. sit, cujus inter sit, iudicium de hominibus facere, an sint hæretici, qui ipse met hæreticorum dux quidam est. Levissima autem appellare solent Sophistæ, quæ refellere se posse desperant. Rei insisto.

Si prima, ait, hujus testimonii verba ad Christum non pertinent, nequæ posteriora ad eundem pertinebunt: cum non nisi una persona in toto hoc testimonio indicetur, de qua omnia intelligenda sunt, & idem, qui dicitur, terram fundasse, dicatur etiam cælis destructis permansurus, & anni ejus non defecturi, nulla cujusquam alterius facta tacita vel expressa mentione. Sed responsio facilis est. Et si enim una tantum persona in testimonio nominetur, nempe Dominus, qui est Deus ille unus, de quo prædicatur, & quoddam cælum & terram creavit, & quoddam ea sit mutaturus & implicaturus: tamen, quia certò constat, destructionem cæli & terræ per Christum efficiendam esse, nihil prohibet, quominus ea ad Christum referatur, ut paulò antè docuimus. Nec potest hæc levis conjectura Smigleccii tollere argumenta magni ponderis, quæ Socinus attulit, ad probandum, verba testimonii priora ad Christum non posse referri.

Sed jam tandem videamus responsiones ad argumenta nostra. Responsio ad primum est talis. *Verum est, Paulum de Christo homine, ejusque, quam in tempore obtinuit, præstantia loqui. Ea vero præcipua est, quòd ille homo etiam verus Deus est, cæli terræque conditor, cui scilicet in tempore convenire cæpit, esse creatorem, mediante illa unione verbicum carne, de qua Iohannes: 1. Verbum caro factum, & habitavit in nobis.* En responsionem Smigleccii gravem ad argumenta Socini levissimam, nugatoriam scilicet, fabulosam & monstrosam, & quod caput rei est, controversam & falsissimam. Constat ergo, hominem esse Deum natura? constat, unionem verbi cum carne a Iohanne doceri, in illis verbis, *Verbum caro factum est, &c.* ut hisce mysteriis, scilicet, nos refutare non dubitet Smigleccius? Apage istam audaciam Sophisticam. Vide autem, benevole lector, quomodo responsio defecerit Smigleccium, ideoque præfatiunculâ, quâ & Socino & argumentis ejus detraheret, opus erat.

Sed audiamus responsionem ad secundum argumentum, quæ est: *Paulum non creatorem cum creatura conferre, sed Christum hominem cum angelis.* Porro præcipuam Christi præ angelis præstantiam esse, quòd ille homo sit etiam Dominus, cæli terræque conditor. Nam etsi per se notum sit, Deum esse præstantiorem Angelis, neque hoc probatione egeat: tamen non ita notum erat, hominem illum, ob divinitatem, quæ in eo latebat, esse angelis præstantiorem. Quare jure optimo institui cum Angelis con-

Smigl: principium petit.

lis con-  
mum  
quàm  
audi  
confi  
haben  
pecco  
autor  
trove  
nullo  
cius, p  
Dom  
cum a  
& ter  
dum  
ca ho  
tantu  
quod  
Iam c  
one M  
natur  
beri, s  
A  
de Chr  
pse eq  
cius. I  
bus o  
siebar  
ter me  
ad cre  
tation  
N  
creas  
& ipse  
alteru  
dum  
creati  
sto vi  
creati  
teri c

fit, judi-  
corum  
refel-

ent, ne-  
oto hoc  
dicitur,  
anni e-  
a men-  
a telli-  
de quo  
aturus  
& ter-  
ea ad  
levis  
cinus  
posse

oltra.  
nine,  
ipua  
scili-  
ver-  
no-  
illi-  
put  
esse  
i, in  
nos  
isti-  
erit  
jus

est:  
em  
od  
o-  
it:  
a-  
e-  
n-

lis comparatio poterat. En iterum ponderosam Smiglecii ad levillimum Socini argumentum responsionem. In qua nihil aliud dicitur quam sententia. Quam quidem nos audire & legere cogimur, sed, audiendo & legendo eam, mirum in modum in nostra confessione confirmamur, dum experimur, tam nasutos alioqui adversarios, nihil habere, quod jure ei opponant, nisi multis modis in leges disputandi peccent, & res controversas pro concessis sumant, & ita tantum non autoritate sua per vim nos opprimant. Nonné enim hoc caput controversum est, an homo Christus Iesus sit creator cæli & terræ, quod nullo profus modo unquam probari potest: & tamen dicit Smiglecus, præstantiam Christi præ angelis esse, quod ille homo sit etiam Dominus, cæli terræque conditor, & in hoc eum comparari potuisse eum angelis? Præterea quomodo verisimile est, hominem esse cæli & terræ creatorem, cum homo certo tempore post conditum mundum extiterit? Et etiamsi tandem Deus esset naturâ Christus, & postea homo factus, non tamen esset homo ille creator ulla ratione, sed tantum ob quandam conjunctionem dici posset idem de homine, quod de Deo. Hoc autem longè aliud est ab eo, quod ait Smiglecus. Jam cum & a nostris alibi, tum a me prolixè probatum sit in refutatione Monstrorum, impossibile esse, ut is, qui naturâ homo est, Deus sit naturâ, quomodo id ad solutionem argumentorum nostrorum adhiberi, sine magna desperationis suspitione, potest?

Ad tertium argumentum responsio est: *Vtroque modo Scriptura de Christo loquitur, & quod Deus per ipsum operatur omnia, & quod ipse æquè ac Deus operatur omnia.* Sed terminos mutat astutus Smiglecus. Differunt enim operari & creare. Et locum Ioh: 5. non de omnibus operibus Dei, sed tantum de quibusdam agere, quæ scilicet tunc fiebant, ipsa verba, in præsentis scilicet tempore prolata, indicant, *Pater meus operatur adhuc, & ego operor.* Et aliis de causis nihil illum ad creationem pertinere, prolixè a nobis demonstratum est in refutatione Monstrorum, quod lectorem remittimus.

Nihil autem facit Smiglecus, dum docet, ita dici posse Christum creasse omnia, & per eum esse creata omnia, sicut de Christo dicitur, & ipsum operari, & patrem operari. hoc enim utrumque legimus: at alterutrum istorum nusquam scriptum extat. Nec prodest quicquam, dum ex eo, quod per Christum creata sunt omnia, concludit, vim creationis Christo quoque competere. Concedimus enim, cum Christo vim creandi fuisse communicatam: sed quæstio est, de quânam creatione illud intelligendum sit, & jam prolixè ostensum est, de veteri creatione nullo modo verba ista accipi posse. Nullius enim valoris est,

Smigl: principii  
um petis.

Ioh: 5. 17.  
Operari & creare  
re differunt.

ris est, dum ex eo, quod Christus similiter facit, quæ Pater, colligitur, faciendi verbo, creationem quoque includi, quia scilicet creare sit facere, & creari sit fieri. Nam ut ut verum sit, creare esse facere, verba tamen Iohannis restringenda esse, & ita ad creationem referri nullo modo posse, vox facit, nimis evidenter docet. Hæc enim tunc, cùm Christus ista diceret, jam præterierat, & esse prorsus desierat.

Illud etiam prorsus futile est, dum ait, *Satis esse, si semel dicatur, Christum esse creatorem cæli & terræ.* Quasi verò quis sit, qui illud neget, & non potiùs a nobis negetur, quod de Christo dictum sit hoc ipso in loco, eum esse conditorem cæli & terræ. Doceatur, semel dictum esse, quod Christus creaverit cælum & terram, & nos protinùs illud credemus, quantumvis mirum nobis futurum sit, tantam rem semel tantùm de Christo dici, id quæ non in novo, ubi de Christo ex professo agitur, sed in veteri Testamento.

Redit hîc tandem suo more Smiglecus ad suum commentum, de verbo Patris scilicet essentiali, & per illud omnia facta esse contendit: quia verò verbum illud unum cum Deo Patre sit essentiâ, hinc consequi, Christum, quia est verbum Patris, esse etiam unâ cum Patre creatorem. Sed ista ante refutata sunt omnia, ideoque non est opus, hîc quicquam immorari ampliùs.

Explicationem denique hujus loci nostram, quam suprâ exposuimus, reprehendit Smiglecus hoc modo: *David abolitionem hujus mundi nulli alteri, quàm Domino, creatori cæli & terræ attribuit. Quare aut per Christum abolitionem hanc futuram non predicat David, aut si predicat, Christum nomine Domini creatoris cæli & terræ, comprehendit.* Nego alterutrum horum consequi. Potuit enim id, quod David de solo Deo dixit, & de Deo solo etiam intellexit, autor hic divinus ad Christum accommodare, de quo scilicet ipsi revelatum erat sub novo fœdere, quod Davidi incognitum esse potuit; et satis est analogiam fidei non repugnare hujusmodi accommodationibus, etiamsi in verbis, quæ ad hoc adducuntur, nihil tale expressè extet. Cui simile ex v. 6. paulò antè ostendimus. Iam verò, quia certo certius est, mundi abolitionem, quæ in Psalmo Deo tribuitur, Christo in novo Testamento tribui, & per eum esse ad effectum perducendam, nihil impedit, quòd minùs id, quod de Deo olim dictum est, ad Christum referatur. Semper enim firmum manet, Deum id facturum, etiamsi per alium id facturum sit. Per quæ ad alia verba non pauca Smiglecii responsum est, quibus contendit, necesse esse, ut hoc a Davide prædictum sit, vel non potuisse dicere autorem hujus Epistolæ, Davidem id vaticinatum esse. Iam enim constat, non esse ullo modo necesse, ut

David

David  
seho  
debea  
Smig  
moni  
perfor  
ad Ch  
moda  
9, II:  
dasur  
men  
sed p  
Sec  
Deo i  
Socin  
id fut  
sum  
Smig  
ptura  
hoc s  
exscr  
firma  
script  
rum  
princ  
cos su  
quòd  
mia c  
mnia  
tem r  
tuos  
in ea  
pluri  
lition  
qui t  
Tunc  
bolit  
tere a  
bat.

gitur,  
ucere,  
amen  
modo  
ristus  
atur,  
id ne-  
hoc i-  
el di-  
tinus  
rem  
sto ex

ntum,  
con-  
entiã,  
cum  
on est

posu-  
hujus  
Quare  
aut si  
eben-  
vid de  
us ad  
b no-  
alogi-  
msi in  
simile  
mun-  
o Te-  
il im-  
refe-  
pera-  
cii re-  
oradi-  
idem  
Te, ut  
David

David hoc de Christo prædixerit, aut vaticinatus sit, & tamen potuif-  
se hoc ad Christum accommodari, quia scilicet in Christo id impleri  
debeat, quod David de Deo dixerat. Nec illud firmum est, quod ait  
Smiglecus, *neceſſe eſſe, ut perſona Chriſti nominetur in hoc etiam testi-  
monio, ſi ad eum pertineat, ut in aliis testimoniis, quæ ad eum pertinent,  
perſona illius nominata fuit.* Non est enim par, omnium eorum, quæ  
ad Christum accommodantur, ratio. Quædam enim ad eum accom-  
modantur, ut typica, ut sunt illa de Davide & Salomone dicta, v: 5, 8,  
9, 11: Quædam verò, ut ea, quæ per Christum, vel in Christo imple-  
nda sunt, qualia sunt, quæ de Deo solo dicta in veteri Fædere, non ta-  
men in ipſo Deo solo implenda sunt, nec ab ipſo Deo immediatè fiunt,  
sed per Christum.

Sed & aliud habet Smigl., quo noſtram ſententiam refutet. Nempe,  
Deo in ſ. literis tribui mutationẽ mundi & igni, non verò Chriſto. Sed nec  
Socinus dixerat, in ſcripturis hoc de Chriſto dici, ſed tantũ dixerat,  
id futurum per Chriſtum. Potest autem aliquid futurum dici per Chri-  
ſtum, ſi ex ſcripturis id colligi poſſit. Et certè non ſine cavillo dicit  
Smigl., *Nos ſine ſcriptura nihil in religione aſſerendum eſſe putare, ſi ſcri-  
pturam pro ipſa ſcilicet literã (ut vocant) accipit.* Iam enim milles  
hoc ſcriptis publicè editis confeſſi ſumus, noſ ea etiam admittere, quæ  
ex ſcripturis deduci legitimè poſſunt; & eum cum ſcriptura loqui af-  
firmamus, qui, quod ex ea extrui poteſt, affirmat. Colligi autem ex  
ſcripturis poſſe, Ieſum Chriſtum hominem, mundum hunc abolitu-  
rum, docuerat Socinus tum eo, quod Chriſtus omnem poteſtatem,  
principatum, & virtutem aboliturus ſit, & ſubjecturus omnes inimi-  
cos ſub pedes ſuos, adeoque ipſam etiam mortem aboliturus; tum eo,  
quod corpora noſtræ humilitatis ſit transformaturus, ut ſint confor-  
mia corpori gloriæ ipſius, ſecundum operationem, quã poteſt ſibi om-  
nia ſubjicere. Iſta enim omnia futura ſunt in fine mundi. Finis au-  
tem mundi tunc futurus eſt, cùm Chriſtus ad judicandũ vivos & mor-  
tuos veniet. Tunc autem conflagrabit cælum & terra, & omnia quæ  
in ea ſunt, & tunc novũ cælum & nova terra ſuccedet. Quod aliis etiã  
plurib⁹ testimoniis cõprobari poſſet, ſi res nimis manifeſta non eſſet.

Quod addit Smigl., nullam mundi renovationis, ſed tantũ abo-  
litionis mentionem in Pſalmo fieri, id nihil valet contra Socinum,  
qui tantũ de mutatione horum ſeculorum in præſtantiora loquitur.  
Tunc enim hæc ſecula in meliora mutatum iri dici poteſt, cùm, his a-  
bolitis, alia ſuccedent, quemadmodum veſtis mutari dicitur, cùm, ve-  
tere abjecta, nova aſſumitur. quod ipſum etiam Smiglecus nō impro-  
bat. Quæ verò ex Thoma & Clemente Romano differit Smigl., cur

Chriſtus homo  
abolebit cælum &  
terram.

2. Pet: 3. 12, 13.

cœlos corrumpi oporteat, & cur iterum renovandi sint quo ad substantiam, ita ut hic mundus inferior, pars quædam futurus sit illius supercœlestis mundi, & ejus quoque gloriam suo modo participaturus, &c. ea licet facillimè dilui possent, quia tamen nihil ad propositum faciunt, datâ operâ omittimus. Satis est indicasse, Smigl. nihil aliud afferre ad ista probanda, præter solam patrum suorum autoritatem, quos, quia omnium anilium, quæ nunc a Christianæ religionis professoribus vulgò jactantur, fabularum & monstrosarum opinionum autores esse, jam pridem constat, cur tandem quæso moremur? Nobis verò sufficit, quod D. Petrus ait, periturum cœlum & terram hanc aspectabilem, & successurum novum cœlum & novam terram, in qua justitia hoc est, immortalitas, habitat.

## CAPUT XVI.

De verbis Ioh. In ipso vita erat.

**I**N CHRISTO vitam fuisse, eamque æternam fatemur & gaudemus. At, hinc naturam ejus divinam ostendi posse, pernegamus. Nihil enim vetat, quominus in eo etiam vita, eaque æterna sit, in quo Deus eam esse voluit. Sed quæ hîc dicit Smigl. breviter videamus. Duo autem esse consideranda. 1. est. *Ioannem de verbo ante carnem agere, de illo scilicet verbo, quod in principio, apud Deum & Deus erat, & per quod omnia facta sunt. Hoc verò esse omnium rerum & vita causam primam.* Sed quanta sit in hac deductione vanitas, supra jam non semel indicatum est, & infra dicetur fusiùs, capite sequenti. Verbum enim ante carnem fuisse, non nisi falsa verborum, *ὡς ὁ λόγος & σὰς ἔγενετο*, interpretatione nititur. Nam si ita convertantur, & sermo ille caro fuit, *vel erat*, falsum esse apparet, verbum fuisse ante carnem; & tantùm manet, sermonem illum, qui in principio, qui apud Deum, qui denique & Deus fuit, fuisse carnem, tunc scilicet eum in principio apud Deum & Deus fuit, & ita corrui totum illud, quod ex hac consideratione extorquere Smigl. voluit. Alterum autem esse considerandum, quòd hic non de vita naturali sed spirituali agatur. Quod equidem primùm miror observari velle Smigl. Plerique enim alii, qui idem cum illo sentiunt de Christo, hic de vita naturali sermonem esse contendunt. Et certè, si verum est, quod Smigl. sentit de hujus capituli initio, multò rectiùs de vita hac temporali verba ista accipi possunt, quàm de spirituali. Sed etiam si de vita spirituali, intelligantur hæc verba, nisi probetur, in Christo eodem prorsus modo vitam æternam fuisse, quo in Deo Patre, frustra est, quicquid hic dicit Smigl. Possè autem vitam esse in duobus, di-

verso

verso modo, & sacre literæ & sana ratio docent. In altero tanquam in causa prima, in altero tanquam in secunda: Et quia Christum non tantum vitam æternam nobis annunciasse, (quo respectu etiam vita æterna in Christo inesse jure dici potest) sed etiam eandem illum nobis re ipsa daturum credimus, vitam etiam in ipso esse credimus, etiam si nec ipse Deus, nec causa vitæ prima sit.

Sed videamus quid his duobus observatis, dicat amplius Smigl. *Magnum hoc argumentum, ait, esse pro divina Christi natura. Cur vero? Solus enim Deus, ait, vitam æternam nobis largiri & conferre potest. At hoc falsum esse infinita fere sacrarum literarum novi Testamenti testimonia approbant, quorum hæc duo nunc sufficiant. Alterum Ioh. 17. v. 2. Sicut dedisti, (Pater) ei (filio tuo) potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Alterum Apoc. 1. Ego sum primus & novissimus & vivens, & fui mortuus, & ecce vivens sum in secula seculorum, Amen. Et habeo claves mortis & inferni. Quæ verò a Smigl. testimonia afferuntur, quibus absq; Deo, vel præter Deum, salvatorem non esse affirmatur, ea nihil huc faciunt. Præterquam enim quòd, quæ posteriùs dicta sunt in Evangelio, pro explicatione eorum, quæ in veteri Fœdere legimus, habenda sunt, non est Christus servator absq; Deo vel extra Deum. quia a Deo vim nos servandi habet, & perinde est, ac si nos ipse Deus servaret, quando nos Christus ejus nomine servat: Et Deus solus Servator dicitur, quia scilicet solus sit a se ipso talis. Quemadmodum etiam solus Deus verus dicitur, quia solus sit ex se ipso talis: Et Christus unus Doctòr & Magister, Quia præstantissimo modo talis sit, de quo non pauca scripsimus in refutatione Monstrorù.*

Quod verò ex eo, quòd in Christo est vita, colligit Smigl. *eum & virtute propria, & ut causam salutis præcipuam, nos servare, primùm plurium interrogationum fallaciam committit. Non enim simul hæc currunt, virtute propria, & ut causam salutis præcipuam, servare. cùm is etiam virtute propria servare possit, qui, ut causa salutis secunda, servat, si scilicet potestas servandi ita ei data est, ut ejus propria effecta sit. Quod de Iesu Christo jure dici posse, vel hinc apparet, quòd Pater neminem judicet, sed omne judicium filio dederit, ita ut Christus nullo modo pro ministro salutis hodie habendus sit, sed pro domino tali, qualis est ipse Deus. Minister dici potest, quatenus potestatem nos servandi a patre habet: quatenus verò potestatem sibi datam exercet & exercere potest, dominus isq; absolutissimus salutis nostræ prorsus est agnoscendus. Vnde patet, quàm ineptè huc alii, qui aliis modis ad salutem hominibus aliquid conferunt, vel ipsi etiam angeli, adducantur, cùm*

Quomodo vita æterna in Christo sit.

Christus homo potest vitam æternam largiri.

Cur Deus solus servator dicatur.

tur, cum nemo omnium illorum causa salutis talis sit, qualis est Iesus Christus.

Nec illud efficere potest, ut Christus sit causa efficiens prima vitæ æternæ, quod vita appellatur. Nihil enim impedit, quominus is, qui vitæ æternæ primus annunciator & dator ejusdem futurus est, vita appellatur, eo sensu, quo veritas & resurrectio dicitur.

Ad id, quod dicimus, Christum esse Servatorem, sed a Deo datum, missum, excitatum & effectum, unde constat, eum non esse ex se sed ex Deo servatorem, hoc tantum respondet Smiglecius, *Datum quidem esse Christum servatorem, verum non nudè ut ministrum, sed ut præcipuum autorem salutis, qui in se ipso vitam habeat & salutem, & ex se ipso, ac proinde propria virtute servare possit.* Sed nec nos dicimus, Christum nudè ut ministrum datum esse, sed eum ita exaltatum esse contendimus, ut nos propria virtute servare possit. Deinde datum & exaltatum esse aliquem servatorem, & datum vel exaltatum, ut præcipuum autorem salutis, qui ex se ipso servare possit, nonnè sunt contradictoria? Nam qui datus & exaltatus est, ut sit servator, is antequam daretur & exaltaretur, servator non fuit; Alioquin cur daretur & exaltaretur, ut esset servator? Si non fuit, quomodo ex se ipso Servator esse potuit? Si ex se ipso fuit servator, quomodo dari & exaltari potuit, ut esset Servator?

Ait Christum, omnem potestatem a Patre accepisse, verum non ut ministrum, sed ut filium. Quid tum postea, si idem, qui est filius, est etiam suo modo minister? Nam filium Dei fuisse, qui ex Dei substantia genitus sit, & naturaliter omnia a Patre acceperit, nã nimis putida est & Christiana religione indigna fabula, & affaniarum serè omnium in eadem scaturigo unica.

Fucum porrò ait nos facere, dum dicimus, Christum non tantum esse ministrum salutis nostræ, sed etiam talem servatorem, qui se ipsa nos servare possit, propterea, quod, si illa potestas Christi non sit absoluta, sed dependens a Deo & ei subordinata, procul dubio ministerialis sit, & ejusdem rationis cum omni alia ministrorum potestate. Si verò sit absoluta & independens & nulli subordinata, sit ipsa Dei potestas, & Christus prima causa salutis. Sed ad hoc in refutatione Monstrorum centies responsum est. Nunc breviter repeto summam rei. Christi potestas, quã nos servare potest, nec merè dependens, nec merè independens est, sed & dependens est & absoluta, diverso modo. Dependens est, quatenus a Deo data illi est, & data ex gratia certa de causa suo tempore: Absoluta est, quatenus posteaquam data est Christo, ita ab eo exercitur, ut pater neminem judicare dicatur; & tempus fu-

Autor salutis ex seipso dari non potest.

Christi potestas in salute qualis.

turum  
met e  
omni  
tam  
A  
esse o  
sui p  
vo re  
man  
ne D  
preti  
esse a  
la pro  
  
fuisse  
tuit  
da,  
mon  
  
rum  
conf  
vitar  
us:  
mus:  
pote  
cius  
est e  
attri  
serv  
men  
seny  
non  
sem  
es in  
tesla  
turã  
verl  
lutè  
est v  
tem



93  
 turum esse dicitur, quo regnum suum tradet Deo & Patri, quo ipse-  
 met etiam filius subiectus erit ei, qui omnia illi subiecit, quo Deus erit  
 omnia in omnibus. Quod mysterium quamdiu capere nolet Smigl.,  
 tamdiu in cognitione Christi caligabit.

A re digressus Smigl., alia etiam ratione probare nititur, Christum  
 esse causam salutis primam & præcipuam, quæ est quoddam sanguinis  
 sui pretio redemerit. *Is enim, qui rem propriam* (ait Smigl.) *pro capti-*  
*vo redimendo confert, prima & præcipua liberationis esse causa existi-*  
*mandus est.* At hoc falsum esse quis non videt? Nam si Christus nomi-  
 ne Dei se ipsum pro pretio dedit, vel ipse Deus Christum pro nobis  
 pretium dedit, jam Deum primam & præcipuam liberationis causam  
 esse ad oculum videre est. Hoc autem ita verum est, ut probatione nul-  
 la prorsus egeat.

Quoddam Christus nos morte sua redimere non potuisset, nisi simul  
 fuisset Deus, naturâ scilicet; & quoddam, quicquid ab homine præstari po-  
 tuit, finitum sit, & longè impar divinæ offensæ infinitè compensan-  
 dæ, error duplex isq; gravissimus est, de quo utroq; in refutatione  
 monstrorum dictum est uberrimè.

Controversiam etiam, quæ est inter Socinuum & Covetum, quo-  
 rum hic unâ cum Smiglecio, Dei proprium esse ait, vitam æternam  
 conferre, ille verò Christum, ut hominem, potestatem habere nobis  
 vitam æternam largiendi, urget & probat, sic componi ait Smigleci-  
 us: *Vt homini Christo potestatem eam concessam esse negare non possu-*  
*mus: ita neque absolute eidem concedere, si Deus non esset, cum salvandi*  
*potestatem scriptura soli Deo propriam esse velit.* Sed etiam si Smigle-  
 cius eam potestatem non concedat Christo, si Deus non esset, satis  
 est eum illam habere, & scripturam disertissimè filio hominis eam  
 attribuere. Quæ scriptura vel nusquam ita Deo proprium esse ait,  
 servare homines, ut id cum aliis communicari non possit: vel si ta-  
 men id alicubi dicere videtur, non ita id vult accipi, ut Deus per se  
 semper servet, sed ita, ut quicumque tandem nos servet, non nisi Dei  
 nomine servet. Sive enim Deus aliquid per se faciat, sive per media,  
 semper id facere, & solus suo modo dici potest. Quod igitur hic toti-  
 es inculcat Smiglecius: *Christum hominem nos quidem servare, sed po-*  
*testatem istam nos servandi minimè habere, nisi Deus esset,* nempe na-  
 turâ, vel altissimus, id aliud nihil est, quam Deo fidem derogare, &  
 verbo ejus sacrosancto contradicere. Hoc enim simpliciter & abso-  
 lutè per gratiam unius hominis Iesu Christi gratiam & donum, quæ  
 est vita æterna, in multos redundaturam, & ut per hominem mor-  
 tem, sic per hominem resurrectionem esse, clarè affirmat. Quod

In 4. parte

Quomodo pro-  
 prium Dei sit, ho-  
 mines servare.

Rom. 5. 19.  
 I. Cor. 15. 21.

Per hominem  
 Christum, salu-

quò licentiosius facit Smiglecius, tantò magis causæ suæ prodit vittositatem, & nos in veritate confirmat. Nam quæ hæc religionis defensio est, quæ tam importunè ea, quæ scripturis adversantur, obtrudit, ? & quomodo homo cordatus patiatur se huiusmodi agendi & respondendi modis a proposito deterrerit? Cui etiam simile est illud, quod ultimo loco in hoc capite scribit, adversus Socinum, qui dicit, potuisse nos Deum servare per Christum ut instrumentum, etiamsi Deus non esset, cum etiam aliorum ministerio Deus populum servavit, qui tamen nec Deus ipse nec causa redemptionis præcipua fuerunt. Sic enim ad hoc respondit Smiglecius: *Potuisse quidem Deum per purum hominem, tanquam per legatum suum & ministrum nobis vitam æternam offerre & conferre: at tunc is homo, nullam propriam potestatem & vim vel efficaciam respectu vitæ æternæ habuisset, sed solum Dei voluntate & potestate vitam æternam nobis præstitisset: at si homo ille propriam vim & efficientiam ad nos redimendos & vitæ æternæ donandos haberet, is proculdubio Deus esset. Quid, quæso, in omnibus his verbis roboris, quid virium? Si Deus nos per hominem servare potuit, quomodo impossibile esse dixit antea Smiglecius, ut per hominem servaremur? Quomodo Dei solius erit proprium, nos servare? Deinde quomodo verum erit, hominem, per quem Deus nos servet, nullam propriam vim habiturum? Nonne enim ei, qui potestatem antea non habebat nos servandi, potestas talis a Deo dari poterat, quæ ipsius propria efficeretur, quâ deinceps alios servaret. Porro hominem illum, qui propriam vim ad nos servandos haberet, proculdubio Deum futurum, quid est aliud, quàm otiosa rei impossibilis pronuntiatio? Nam cum homo creatura sit, Deus naturâ esse nullo modo potest, cum duæ contrariæ substantiæ de eodem subiecto essentialiter prædicari nullo modo possint, & tamen pro responso ista omnia valere oportet. Sed præterea adhuc semel id repetit Smiglecius, quod jam antea dixerat: *Christum in nobis redimendis & vita æterna donandis non puri legati officium obire, sed veri redemptoris. Unde concludit, necesse esse, ut Christus sit Deus, & in salute nostra efficienda causa propria. Qui enim redimit alium iusto pretio dato, est ejus redemptionis causa præcipua, non instrumentum. Quare & illi, qui in sacris literis leguntur populum Dei ab hostibus liberaße, jure salvatoris appellati sunt, quia ad eam liberationem Deo adjuvante, propriam quoque virtutem contulerunt, fueruntq; in suo genere causæ præcipuæ. Verum Socinus uti Christo nullam veram vim & efficientiam in nobis redimendis tribuit: ita eundem esse salutis nostræ præcipuam causam ex consequenti negat. En habes ipsa verba Smiglecii, in quibus iterum nihil nisi sonus. Primum**

mum quæ  
redimeret  
Deinde  
est causæ  
nim aliud  
suo sed  
porro e  
am causæ  
dem sur  
est causæ  
res alios  
runt po  
tionem  
propria  
tiffimè  
(ex me  
nere ag  
consequ  
ut seme  
nullo m

QVI  
sus  
glecii,  
censend  
nientem  
dum. In  
vel nas  
Frequer  
cum mu  
bum ve  
nem h  
nem, tu  
dum au  
pore ve  
Christu

dit viti-  
ionis de-  
r, obtru-  
gendi &  
est illud,  
qui dicit,  
etiam si  
m serva-  
pua fue-  
eum per  
is vitam  
potesta-  
olum Dei  
omo ille  
donan-  
ibus his  
re potu-  
ominem  
e? Dein-  
vet, nul-  
m antea  
quæ ipsi  
ominem  
bio De-  
nuncia-  
o potest,  
er præ-  
ia valere  
quod jam  
donandis  
ludit, ne-  
propria.  
is causa  
leguntur  
nt, quia  
m contu-  
uti Chri-  
it: ita e-  
gat. En-  
nus. Pri-  
mum

mum quis est, qui dicat, Christum puri legati officium obire in nobis redimendis, non verò etiam veri redemptoris? Certè nostrum nemo. Deinde unde constat hujus enunciati, *Qui dat pretium pro aliquo, is est causa præcipua redemptionis, non instrumentum, veritas?* Nonné enim aliquis justum præmium pro aliquo redimendo dare posset non suo sed alieno nomine, & sic instrumentum esse redemptionis? Quid porro cogitat Smiglecus, dum ita terminos mutat, & jam præcipuam causam salutis, jam propriam ejus esse dicit Christum? Num idem sunt propria & præcipua? Num propria causa alicujus rei non est causa instrumentalis & media? Quid denique est, dicere salvatores alios causas fuisse in suo genere præcipuas salutis, quam contulerunt populo Dei, quia scilicet propriam quodque virtutem ad liberationem contulerint: interim verò eos sugillare, qui Iesum Christum propriam quoque virtutem ad liberationem nostri conferre, disertissimè confitentur, & validissimè demonstrant. Hac enim ratione (ex mente Smiglecii) Christum pro præcipua salutis causa in suo genere agnoscunt, & falsum esse apparet, quod Socinum negantem ex consequenti facit. Hoc scilicet erroris, ubi defenditur, ingenium est, ut semel speciem veri habeat, deinde verò ita se prodat, ut excusari nullo modo possit.

## CAPVT XVII.

*De verbis D. Ioh: Et Sermo caro fuit, & habitavit in nobis.*

QV is sit verborum D. Iohannis sequentium usque ad v: 14. sensus, in homiliis nostris explicatum est uberimè. Explicatio Smiglecii, quam hîc ascripsit, præter alia, tria continet, quæ erronea censenda sunt. 1. est, quòd vulgatam secutus, omnem hominem, *Veniens in mundum* legit, cùm legi possit & debeat, *veniens in mundum*. Insolens enim profus est, de hominibus, quatenus homines sunt vel nascuntur, vel in mundo sunt, dici, eos in mundum venire: Frequens autem vicissim est, tunc aliquem in mundum dici venire, cùm munus aliquod obit, & ita his verbis doceri, non quemnam verbum vel Sermo illuminârit, hoc enim jam dictum fuerat, in verbis *omnem hominem*, sed quando vel quomodo illuminârit omnem hominem, tunc scilicet & ita, quando & cùm in mundum venit. In mundum autem venit, cùm Evangelium docere cepit, & ab eodem tempore verè Christus homines illuminavit, 2. Est, quòd ex eo, quòd Christus potestatem aliis dedit, ut filii Dei fierent, nimis ineptè concludit,

*Tres errores  
Smigl:*

*Ioh: 12. 46.*

cludit, cum non accepisse potestatem, ut filius Dei fieret. Quasi scilicet is, qui aliquid dat, ipse prius id accipere non potuerit? Dabat sane Ioseph potestatem fratribus suis, ut fierent incolæ Ægypti, & tamen eandem potestatem ipse a Pharaone consecutus erat. 3. Est, quod potestatem habere, filium Dei fieri, ita etiam intelligi vult, ut ad præsens seculum referatur, cum nimis constet, Iohannem dicere, Christum iis, qui tales filii sunt, quales in hoc seculo esse possunt perfectissimi, de disse potestatem, ut fierent filii Dei. Se de hoc alias. Nunc accuratè videndum est, de eo quod Iohannes v 14 ait.

Smiglecus unà cum aliis credit, Iohannem dicere: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis nempe hominibus*: Nos affirmamus, Iohannem dicere: *verbum caro fuit vel erat, & habitavit inter nos*, scilicet Apostolos. Quod utrumque si verū sit, universa structura Smigl:, quam hoc libello paravit, corruat necesse est. Nempe de incarnatione verbi, & habitatione illius in nostra naturā. Ac posterius quidem facilius esse videtur. Id enim mutatio personarū satis indicat, ut, que modo admodum antea, cum de aliis hominibus indefinitè loqueretur, in tertia persona omnia protulit, sic nunc, de rebus certis locuturus, quæ quibusdam tantum contigerunt, primā personā utatur, *in nobis, & vidimus*. Quanquam etiam id ipsum, quod hoc versu dicit, satis indicat, quod ad omnes homines non pertineat. Non enim omnes videntur gloriam Sermonis, gloriam quasi unigeniti ex Patre, sed soli Apostoli. Hi enim quotidie cum Christo conversati sunt: ad singularia miracula interdum omnes, interdum quidam, & ex his Iohannes etiam admitti. Prius verò, quantum vis mirum videatur Smiglecio, propterea, quod alia interpretatione verborum ostensa, dogma Incarnationis monstruosum ex hoc loco defendi nequeat: tamen non tantum probabile est, sed etiam necessarium. Ita converti verba posse, nemo negare potest. hoc enim lingua Græca permittit, ut exempla multa ostendunt, nec Smiglecus ipse diffiteri potest: Ita verò converti debere, rationibus firmissimis a nostris demonstratum est, quas etiam Smiglecus recenset & refutare conatur, sed frustra, ut mox videbimus. Prius enim attendendum est, quomodo interpretatione vocis ἐγένετο per Fuit aut erat, improbet.

Primum ait. *Propter particulares loci circumstantias omnium interpretum iudicio, non Fuit, sed factum est, verti debet*, & Erasmi etiam autoritatè, qui locum sic verterit, adducit. At ego: Interpretum & Erasmi iudicium hoc in loco non tanti est faciendum, ut manifesta ratio & veritas ei cedere debeat. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Et quia interpretes & Erasmus crediderunt, Sermonem esse incarnatum,

tum, o  
mum h  
circum  
tium e  
opposit  
de verb  
quidem  
rat De  
capit e  
& ve  
Smigle  
sa tanc  
re acci  
& quic  
plante  
nunc i  
hanne  
fuit in  
princip  
ab ipso  
dicitur  
qui in  
procla  
cepit  
natura  
test, qu  
nes, op  
ebus. I  
stus, a  
Apost  
tiam a  
mund  
Stabili  
ret: la  
accipi  
sit, m  
esse, q  
Euseb  
De  
tum p

ali scilli-  
bat san-  
tamen  
udd po-  
ad præ-  
e, Chri-  
erfectif-  
Nunc ac-

um caro  
mamus,  
os, scili-  
Smigl:  
natione  
idem fa-  
t, quem  
etur, in  
cuturus,  
in nobis,  
satis in-  
nes vide-  
d soli A-  
ngularia  
nes etiam  
propter-  
arnatio-  
tantum  
e, nemo  
ola multa  
rti debe-  
am Smi-  
mus. Pri-  
yēve ro

nium in-  
ni etiam  
retum &  
ifesta ra-  
omerus.  
incarna-  
tum,

tum, quid mirum est, eos hunc locum ita convertisse, in quo maxi-  
mum hujus sui erroris præsidium positum esse putabant? Iam an loci  
circumstantiæ exigant, ut vox *ἐγενετο* factum est vertatur, operæ pre-  
tium est videre. Ait igitur Smiglecus. *Postulat hoc antithesis ipsa, seu*  
*oppositio. In hac enim sententia opposita dicuntur iis, quæ antea*  
*de verbo dicta erant. Cùm enim ante dixerit Iohannes, verbum fuisse, &*  
*quidem in principio, nunc quid postea esse cœpit, docet. Et ante quidem e-*  
*rat Deus, nunc autem cœpit esse caro: ante erat apud Deum, nunc autem*  
*cœpit esse apud homines: ante mundum, & omnia creavit, nunc gratiam*  
*& veritatem homo hominibus attulit. At hæc oppositio ex cerebro*  
*Smiglecii nata est, non ex Iohannis Evangelio. Iohannes enim diver-*  
*sa tantum dicit de eodem sermone, quæ omnia uno & eodem tempo-*  
*re accidere potuerunt & acciderunt. Ioannem dicere, verbum fuisse,*  
*& quidem in principio, nunc verò docere, quid esse cœperit, nonné i-*  
*psa nititur interpretatione Smiglecii, verbum caro factum est? At hæc*  
*nunc in dubium vocatur. Quomodo igitur ex ea ostendi potest, Io-*  
*hannem docere, quid Christus esse cœperit? Præterea nonné idem, qui*  
*fuit in principio, caro etiam in principio esse potuit, si principium de*  
*principio Evangelii accipiatur, ut supra ostendimus? Certè Christus*  
*ab ipso principio, quo sermo esse cœpit, caro fuit, & in carne venisse*  
*dicitur ab eodem Iohanne; & qui non confiteatur Iesum Christum,*  
*qui in carne, hoc est, cum carne venit, eum esse spiritum Antichristi,*  
*proclamatur. Nec illa oppositio iusta est, Antea erat Deus: nunc autem*  
*cœpit esse caro. Potest enim is, qui Deus est ob munus, caro esse ob*  
*naturam. Imò qui caro est ob naturam, alio modo Deus esse non po-*  
*test, quàm ob munus. Porrò apud Deum fuisse, & habitare apud homi-*  
*nes, opposita quidem sunt, sed potuit altera alteri succedere paucis di-*  
*ebus. Nam qui soli Deo cognitus fuit, vel apud Deum fuit, Iesus Chri-*  
*stus, ab initio Evangelii, is statim postea hominibus innotuit, & cum*  
*Apostolis habitare cœpit: Ante mundum fuisse, omnia creasse, & gra-*  
*tiam ac veritatem hominibus attulisse, opposita quidem essent, si*  
*mundus & omnia, quæ per Christum facta sunt, de hoc mundo aspe-*  
*ctabili & omnibus rebus prorsus & absolutè accipienda esse consta-*  
*ret: Iam verò, cum mundus vel pro hominibus, vel pro mundo futuro*  
*accipi; & vox omnia, ad ea, quæ Evangelium concernunt, referri pos-*  
*sit, manifestum est, tunc gratiam & veritatem per Christum factam*  
*esse, quando omnia per eum facta sunt, & mundus etiam per eum fa-*  
*ctus est.*

Deinde ait Smiglecus, *cùm adjungit, & habitavit in vobis, indicat,*  
*tum primò habitare cœpisse. Simul enim ista duo conjungit, & unum ex*

N

alitero

Refutatio ratio-  
num Smiglecii  
pro versione sua

altero pendet: Tunc enim cœpit habitare in nobis, cùm cœpit esse caro. Sed quid hoc valet ad probandum vocem ἐγένετο, per Factum est, verti debere? Nonne enim conjungi possunt ista duo, etiamsi vox ἐγένετο per Fuit vertatur, ut dicatur, Sermonem illum carnem fuisse, & habitasse inter Apostolos? Præterea, quid est quod cogat, hæc duo ita esse conjuncta, ut alterum ex altero pendeat? cùm, etiamsi sint diversa, tamen optime cohæreant, & elegantissimè de sermone prædicari possint, nempe eum, quem tot divinis encomiis antea Iohannes decorârat, carnem fuisse quoad naturam, habitasse autem inter Apostolos, & gloriam illius talem & tantam fuisse inspectam, qualis est unigeniti Dei filii.

Tertio ait Smigl. Si legamus, Verbum caro fuit, peto, quodnam tempus respexerit Iohannes, cùm ait, verbum carnem fuisse? Respondeo, totum illud tempus respexit Iohannes, quo Sermo fuit. Nam nunquam Sermo fuit sine carne. At ait Smigl. In principio, in quo ante dixerat verbum fuisse, verbum non carnem sed Deum fuisse, & apud Deum fuisse, & omnia creasse ait. Quasi verò contraria sint carnem esse, & Deum esse, si vox Deus non naturam sed munus significet? Quasi apud Deum esse non potuerit, qui caro fuit? quasi deniq; omnia, quæ ad Evangelium pertinent, per eum qui caro fuit, peragi non potuerint?

Christus nunc nō  
est caro.

1. Cor. 15. 48.

Deniq; ait Smiglecus vox ἐγένετο tunc verti debet Fuit, cùm res illa fuit, & jam non est talis. Sed hoc ipsum est quod nos volumus. Christus enim erat caro, cùm in terris eum hominibus & Apostolis degere: at nunc non caro est, sed spiritus vivificans, teste Apostolo. Nec quicquam proficit Smigl., dum docet, vocem carnis absolutè hominem quoad naturam significare. Hoc enim per se manifestum est: Sed Christum nunc hominem quoad naturam esse, quales sunt alii homines, qui propterea caro etiam appellantur, docendum ipsi erat. Hoc verò quomodo doceri poterit, nisi Christum naturâ immortalē esse neget, quod esset Christum abnegare.

Sed rationem adhuc manifestam addit hoc modo. Aut Christus modo in cælo carnem habet, aut non habet: si habet, dici poterit caro, ex parte totum denominando. Si verò dicatur carnem non habere, hoc scripturis repugnat, quæ illum in carne resurrexisse & ascendisse in cælum affirmant, & in eadem venturum indicant ad iudicium. Act. 1. 11. Nos verò negamus, Christum carnem modò habere, idq; nec a scriptura affirmari, nec ex ea concludi posse, persuasum habemus. Ex eo enim, quòd Christus in carne resurrexit, non sequi, eum in carne ascendisse in ipsum cælum, vel hinc constat, quòd omnes, qui vivi superstites erunt in adventu Christi, in carne quidem rapiantur in aëre in oc-

Theol. 4. 17.

cursum

cursum  
os man  
tale a vi  
si crede  
suspect  
guine C

Ho  
leves et  
niens et  
ca de ip  
Iohann  
is non e  
se, ut fil  
vem non  
dam cor  
melius  
verbo e  
men ap  
testaten  
cipium  
sumit, a  
& Apol  
& cont  
cedi fo  
glecii,  
per Ch  
lam fui  
istam I  
Christi  
hannet  
creder  
perârit  
homin  
seculo  
multis  
obedic  
perfe  
lutis, q  
sus pr  
illum r

ro. Sed  
, verti  
yvero  
& habi-  
ita esse  
erfa, ta-  
ari pos-  
decorâ-  
olos, &  
nigenit

am tem-  
deco, to-  
unquam  
dixerat  
eam fuis-  
& Deum  
d Deum  
vangelii

m res illa  
s. Chri-  
lis dege-  
lo. Nec  
tè homi-  
o est: Sed  
lii homi-  
at. Hoc  
talem ef-

Christus  
caro, ex  
hoc scri-  
in cœlum  
Nos ve-  
ptura af-  
eo enim,  
scendisse  
erites e-  
em in oc-  
cursum

cursum Domino, nec tamen in carne cœlum ipsum, in quo beatitas cœ-  
los manet, ingressuri sunt. Absorbentur enim hæc caro vel hoc mor-  
tale a vita: Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Quod  
si crederet Smiglecius, magna eaq; potissima religionis pontificiæ pars  
suspecta illi esse posset, ut pote, quæ per salsione vana de carne & san-  
guine Christi, quæ scilicet modò habeat, nititur.

Hoc ita perfecto, transit ad rationum nostrorum, quas satis per se  
leves esse ait, refutationem. Prima ratio nostra est, quod inconve-  
niens esset, Iohannem dicere, verbum carnem esse factum, postquam  
ea de ipso dixisset, quæ post natum Christum acciderunt, ut sunt hæc:  
Iohannem Baptistam de illo testatum esse, illum in mundo fuisse, a su-  
is non esse receptum, iis verò, a quibus receptus est, potestatem dedisse,  
ut filii Dei fierent. Respondet Smigl. *Solvitur hoc, si dicamus Iohan-  
nem non per se sed per accidens, & ex occasione per anticipationem quan-  
dam commemorasse aliqua, quæ post Christum natum acciderunt, ut ita  
melius explicarentur ea, de quibus tum agebat, occasione autem vitæ in  
verbo existentis, lucis facit mentionem, quæ etiam si illuminat omnes, ta-  
men a plerisq; non recipitur, iis verò qui receperunt eam, datam esse po-  
testatem filios Dei fieri.* Sed præterquam, quòd suo more Smigl. prin-  
cipium petit, dum ea, quæ ab initio Evangelii a Iohanne scribuntur, ita  
sumit, ac si antea facta essent, quàm Christus habitaret inter homines  
& Apostolos, occasio ista & anticipatio nimis a Smigleccio extenuatur  
& contrahitur. Per anticipationem quædam interdum dici posse, con-  
cedi fortasse potest: sed tam prolixam, qualis hîc esset ex mente Smi-  
glecii, quis non absurdam in tanto Apostolo diceret? Dixerat, omnia  
per Christum facta esse, quæ tunc fiebant, vitam in illo fuisse, vitam il-  
lam fuisse lucem hominum, lucem illam in tenebris luxisse, tenebras  
istam lucem non comprehendisse. Addiderat præterea, quid ante  
Christi revelationem & muneris inchoationem factum sit, nempe Io-  
hannem missum fuisse a Deo, ut deo testaretur, ut omnes per illum  
crederent: quid Iohannes non fuerit, & quomodo Christus eum su-  
perârit, exposuerat: Christi in mundo conversationem, Christi circa  
homines & salutem eorum curam expresserat: hominum qui Christi  
seculo vivebant, potissima ex parte ingratitude & malitiam satis  
multis verbis persecutus erat: felicitatem deniq; eorum, qui Christo  
obedientes fuerant, & obedientiæ illorum tum proprietatem tum  
perfectionem luculenter admodum descripserat. His omnibus abso-  
lutis, quæ compendium quoddam sunt universi Evangelii, cujus Chri-  
stus præco fuit, quid turpius, quid ineptius esset, quàm dicere sermonẽ  
illum natum deum esse & habitasse inter homines? Iam enim natum

1. Cor. 15. 50, 51  
2. Cor. 5. 4.

Defensio ratio-  
num pro nostræ  
versione.

cum fuisse, & cum hominibus habitasse constabat, si in mundo fuit, & eorum salutem studuit, & a quibusdam repudiatus, a quibusdam verò receptus fuit. Unde similiter constat, verba illa, *habitavit in nobis*, nullo modo de habitatione illa communi Christi cum hominibus, sed de singulari cum certis hominibus habitatione, intelligenda esse. Quomodo enim non habitavit in hominibus, ut vult Smigl., si ad eos venit, eos illuminavit, & aliquid illis dedit? Et certè tam insolentis anticipationis & *ὕστερ πορτεξ* exemplum nemo unquam ostendet in sacris scriptoribus.

Nam quod Smigl. affert, ex iisdem verbis Iohannis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, in eo dupliciter errat. Primum enim, non in eo tantum viderunt Apostoli gloriam Christi, gloriam quasi unigeniti a Patre, cum Christum transfiguratum viderunt. hoc enim tantum tribus Apostolis contigit. Deinde nulla in his verbis vera anticipatio est. Nam gloria, quam viderunt Apostoli, sermonis, tunc & tam diu visa ab illis fuit, quando Christus munus suum obire cœpit, & quandiu cum Apostolis degit. Illud verò, quod addit, *si præposterè dixisset Iohannes, verbum carnem factum, dixisset quoque præposterè, habitasse in nobis, cum ea, quæ ante commemoravit, habitationem verbi in nobis subsequuta sint*, jam aliquoties refutatum est. Præposterè procul dubio dictum esset a Iohanne, si per vocem *nobis* homines intelligeret. jam enim antea plùs dictum fuerat, quàm quòd habitasset in hominibus: Si verò verba illa, (quod nec Smigl. diffitetur, dum ad tempora transfigurationis sequentia accommodat,) ad solos Apostolos referantur, omnia egregiè cohærent, & verò digna est Apostolico spiritu & sapientiâ ista oratio.

Ratio nostrorum altera est. *Non potest una res fieri altera, nisi per mutationem & conversionem in alteram.* Talis autem mutatio divino verbo cum convenire non possit, non potest etiam dici, *verbum caro factum.* Respondet Smigl. *unam rem posse fieri alteram, etiam per unitatem substantialem cum altera, ut cum corpus dicitur fieri animatum per unionem hypostaticam cum anima.* Rursus verò, cum videret hanc instantiam nihil valere, quòd corpus non dicatur fieri anima, fatetur Smiglecius non esse similem hanc instantiam ei, de quo sermo est. *At,* inquit, *cum duæ nature, in una substantia uniantur, unum dicitur esse alterum, propter unam utriusque communem subsistentiam.* Sed hoc ipsum est *ἁπλοῦς*. Quomodo igitur ad probationem quæstionis afferri potuit? Præterea aliud est, unum dici esse alterum, & unum fieri alterum. Nam quando unum dicitur esse alterum, jam non est alterum. Et huius rei, quòd unum dicitur esse alterum, & tamen non est, figura aliqua dari po-



lo fuit, &  
am verò  
in nobis,  
ibus, sed  
Te. Quo-  
os vénit,  
nticipa-  
in sacris

vidimus  
rer errat.  
Christi,  
m vide-  
lla in his  
toli, ser-  
us suum  
d addit, si  
t quoque  
vit, ha-  
futatum  
r vocem  
t, quam  
migl. dif-  
odat, ad  
rò digna

a, nisi per  
o divino  
caro fa-  
er unita-  
atum per  
hanc in-  
fatur  
o est. At,  
ur esse al-  
psum est  
fferri po-  
alterum.  
o. Et hu-  
ra aliqua  
dari po-

dari potest: Sed unum fieri alterum, planè impossibile est. Nam si alterum sit, jam id esse desit, quod erat antea. alioquin alterum factum non esset. Et dum alias etiàm prædicationes tales suo modo dari affirmat Smiglecus, tacitè fatetur, nullam talem dari prædicationem in universa rerum natura. Præterea sibi & aliis similitudine prædicationis imponit. Quantum enim differat, hominem fieri album, ab ea, Deum fieri verbum vel hominem, vel cæcus videre potest. cùm nihil vetet, subjecto accidere albedinem: at subjecto uni addi alterum, id est, duo subjecta conjungi essentialiter, nulla permittit ratio, ut ipsemet infra fatetur Smiglecus.

cap: 25.

Tertia ratio nostra est: Si verbum caro factum est, sequeretur unum ex duobus, aut verbum verum hominem non esse, si personam humanam careat: aut duas personas esse, verbi & hominis, duosq; Dei filios in Christo, si utramq; personam habeat. Ad quam sic respondet Smigl. Verbum, etiam si humana subsistentia careat, verum hominem esse, propter veram hominis essentiam, a qua homo verè dicitur homo. Etenim subsistentia non ad essentiam, sed ad modum existendi tantum pertinet. Hic priusquam refutem Smiglecium, monitum eum velim ejus, quod paulò ante dixerat, satis per se levia esse nostra argumenta. Contrarium enim hic evidenter patet. Nam, nisi nescio quæ pseudophilosophica movisset Smigl., non habuisset quod responderet. Et tamen, quæ tanto conatu conferat, nihil causam ipsius miserabilem juvant. Turpiter enim (suo more) conflictum declinat. Quæritur, an homo verus sit, qui persona humana non sit. Nos quidem id falsissimum esse censemus. cùm homo personam tantum homo sit, ut Deus personam Deus est. Quia igitur Smigl. fatetur, Christum non esse personam humanam, eundem etiam verum hominem esse pariter negat, & proinde sacræ scripturæ contradicit, quæ Christum hominem esse (& procul dubio verum) disertissimè affirmat. Istam verò ideam existendi, quæ hominem sine persona humanam existere, somniat Smigl., ipsi donamus. Nec nunc quæritur, an conditionis deterioris vel nobilioris sit homo, qui suam personam careat, sed, an homo sit, quæritur. Posse autem hominem verum subsistere personam divinam, commentum est Smiglecii vanissimum, tum sacræ literæ, tum sanæ rationi contrarium. Sacræ enim literæ testantur, Christum in virginis utero conceptum, ad justum tempus ibidem sustentatum & tandem natum fuisse: quæ omnia ad personam hominis constituendam pertinent: Ratio verò sana, aliquid rationale extra personam suam consistere posse, non permittit. Itaq; aut ad istam suam anchoram confugiat Smigl., ut credamus, quod non in-

intelligimus, vel potius, quod falsum esse intelligimus; vel isti suæ mon-  
stroſæ opinioni valedicat.

Quarta noſtra ratio eſt. Quando verbum ſtatuatur idem Deus cum  
Patre & Spiritu ſancto, ſequeretur, quòd, ſi verbum caro factum eſt,  
Pater quoque & Spiritus ſanctus factus ſit caro, quia & concipi, naſci,  
mori, reſurgere eo modo, quo convenit verbo, Patri quoque & Spiritui  
ſancto conveniret, cum opera Trinitatis ad extra ſint inſeparabilia.  
Hanc ita refellere conatur: Etiamſi verbum idem ſit Deus cum Patre,  
quia tamen non quæ Deus, ſed quæ verbum factus eſt caro, hoc eſt, non in  
natura Dei, ſed in ſubſiſtentiã verbi facta eſt unio cum carne, ideo ſolum  
verbum factum eſt caro, non Pater, nec Spiritus ſanctus. Opera verò  
Trinitatis ad extra, quæ ſunt effectivè a Deo, ſunt communia toti Trini-  
tati, non verò quæ ſunt quaſi formaliter ab aliqua divina perſona, ſub  
aliqua illi propria ratione. Quare & incarnatio effectivè eſt a tota Tri-  
nitate, quia omnipotenti virtute omnium trium perſonarum effecta eſt:  
formaliter autem ſeu terminativè à ſolo verbo, quia in ratione verbi  
propria, & personali ejus ſubſiſtentiã ea unio cum carne, ſeu incarnatio  
fuit perfecta. Hic iterum meminerit Smiglecius, quàm verè dixerit,  
ſatis per ſe levia eſſe noſtra hæc argumenta. Nam niſi deſperabundus,  
quicquid ipſius Theologiæ profunditas dictat, effutiſſet, obmute-  
ſcendum illi fuiſſet. Quæ verò hic protulit, quid aliud ſunt, quàm me-  
ra hominum otioſorum, qui ſacroſanctam Chriſti Theologiam, in a-  
niles & pseudophilosophicas fabulas commutare annexi ſunt, ſi-  
gmenta? Nam ſi totum hoc negetur, quomodo id ſuffulciet Smigleci-  
us? Poſteſtne fieri, ut is, qui Deus eſt, aliquid faciat, non quæ Deus eſt,  
ſeu non in natura Dei? poſteſtne fieri, ut divina perſona diverſum  
quid ſit a ſubſtantiã divina? poſteſtne fieri, ut eadem ſit natura trium,  
& tamen, uno agente aliquid, non natura id ipſum agat, & ſic incarna-  
to, nato, mortuo & reſuſcitato filio, qui naturam illam habet, non in-  
carnetur, naſcatur, moriatur & reſuſcitetur Pater & Spiritus ſanctus,  
qui ejusdem numero cum Filio eſſentiæ ſunt & naturæ? Et tamen hæc  
omnia, quæ falſiſſima eſſe nemo non videt, affirmare necelle eſt, ſi  
verum eſſe debet, quod dicit Smiglec. us. Quem unà cum aliis roga-  
mus, ut tandem conſideret, in quid degeneratura ſit Chriſti religio,  
& an religionis tandem nomine digna ſit futura, ſi alio modo myſte-  
ria illius defendi, quàm iſto, quem Smiglecius confictum ab aliis,  
nunc perſequitur, non poſſint.

Defenſio ſenten-  
tiæ Statorii.

Dixerat etiam Statorius, verborum Ioannis interpretatione ea  
admiſſa, quam vulgò ſequuntur, alium tamè ſenſum eorum eſſe poſ-  
ſe, præter illum abſurdum & impoſſibilem, quem Smiglecius ſequi-  
tur, nem.

tur, nem  
qui tam  
miferan  
etiam r  
ſigno ta  
enim, ai  
de glori  
Vidimu  
gratia  
tur, no  
ſcripti,  
mi ſole  
ſtantiæ  
dimus  
expert  
ratio S  
non hab  
magnif  
pertine

Q  
falſo ho  
nem C  
Per ver  
proſus  
mnibu  
ſus Sta  
potens  
bus ſub

D  
S  
bet, in  
ſitemu  
probat  
Smigle  
quàm  
tem ſu

etur, nempe talem, quòd Christus, qui ob munus suum sermo est, & qui tam potens erat, ut per eum omnia facta sint, caro factus sit, quia miseram & afflictam conditionem nostri causâ subijt. Hunc sensum etiam rejicit Smiglecus, sed nullo jure. Ait enim, *nec minimo quidem signo talem acceptionem carnis hoc in loco indicari. Cur vero? Neque enim, ait, Iohannes de miseriis & afflictionibus verbi in carne, sed potius de gloria ejus & magnificentia, quam in carne ostendit, dicere proposuit. Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti ex Patre, plenum gratiæ & veritatis.* At nihil impedit, quo minus & illud & hoc dicatur, nempe hoc modo, Et sermo ille, quem hætenus tot elogiis descripsi, cum ferebat Dei voluntas, omnibus miseriis, quibus nos premi solemus, subjectus & ipse sponte sua fuit. Hoc verò nihil ejus præstantiæ derogare debet. Nam inter nos Apostolos habitavit, & nos vidimus ejus talem & tantam gloriam, qualem nemo aliorum vidit, & experti sumus, eum fuisse plenum gratiæ & veritatis. Et certè, si hæc ratio Smiglecii firma est, interpretatio ipsius Smiglecii locum etiam non habebit. Nam Deum hominem esse factum, non ad gloriam & magnificentiam sermonis, sed ad humiliationem & exinanitionem pertinet.

Quæ addit, idem patere ex aliis verbis, *Et habitavit in nobis, ea falso horum verborum sensu nituntur.* Verba enim illa, conversa in honorem Christi tantùm cum Apostolis significare, jam antè docuimus. Per veram carnis substantiam verbum in nobis habitasse, frivolum prorsus commentum est. Denique quòd ait, verbum non potuisse omnibus illis miseriis subjici, nisi factum caro, hoc nihil prorsus adversus Statorium facit. Is enim idem dicit, verbum scilicet, quod antea potens fuerat, factum fuisse tunc carnem, cum miseriis & afflictionibus subiectum fuit.

## CAPUT XVIII.

*De loco 1. Tim: 3. Deus manifestatus est in carne.*

DEUM hominem esse factum, probari ex D. Iohanne non potuit a Smiglecio. Quia verò alios etiam modos tentat, quibus hoc probet, insequamur eum. Deum apparuisse in carne, unà cum Paulo confitemur: sed Deum factum esse hominem, nec verbis nec sensu hinc probari potest. Ac primùm quidem desperationem iterum prodit Smiglecus, qui, unà cum suis, plus alioquin tribuens vulgatæ versionis quàm Græco textui, hic suam vulgatam deserat, & ex Græco textum suam evincere conetur. Nam si rectè ex sensu Smiglecii vulgata

hoc

hoc convertit, cur illud non tenet Smiglecus? Et si vulgatam tenet, cur ex vitioso textu veritatem docet? Non est autem credibile, antiquitatem, si ita constanter omnia prorsus exemplaria habuissent, ut nunc habet Græcus textus, sibi defuturam fuisse, si modò idem de Christo credit, quod nunc Smiglecus cum suis credit. Deinde verò, quia nos Græcum textum vulgatæ longe anteponendum esse censemus; is verò habet, Deum in carne esse manifestatum, dicimus, triplicem esse in hac argumentatione, quam ex istis verbis Smiglecus extruit, defectum. Primò enim vox Dei de Deo patre intelligi potest, imò debet. Nam ubicunque vox Dei subjecti nomen obtinet, ibi perpetuò Patrem intelligi, verissima est in Theologia regula: Ad sententiam autem Smiglecii necesse est de Christo sermonem esse. Deinde manifestatio Dei datur, etiam si Deus ipse, quoad essentiam suam, absit, quando scilicet ejus vel voluntas vel gloria manifestatur. Denique manifestari Deus potest in carne aliena. Ad sententiam autem Smiglecii necesse est & essentiam Dei, eamque in carne sua apparuisse.

Refutatio explicationis Smiglecii.

1. Pet: 1. 12.

Ephes: 3. 10.

Explicatio hujus loci universi, quam Smiglecus affert, ad rem prorsus nihil facit. Non enim nunc quaeritur, quomodo Deus in spiritu justificatus, angelis visus, prædicatus gentibus, creditus in mundo & receptus sit in gloria, sed, quid sit Deum in carne manifestatum esse. Per se autem ridicula est & erronea. Vbi enim de angelis scriptum extat, eos Deum in carnis humilitate tunc videre cæpisse, cum Christus natus est? Loca sanè a Smiglecio allegata nihil horum continent. Cùm enim Petrus ait, angelos de siderare prospicere quædam, nihil de incarnatione Dei meminit, sed de salute humani generis loquitur, ut unicuique locum inspicienti manifestum fiet. Paulus verò cum ait, nunc innotuisse multiformem sapientiam Dei per Ecclesiam, principatibus & potestatibus in supercælestibus, primùm non dicit, in eo, nempe Deo incarnato, ut habet Smiglecus, istam multiformem sapientiam innotuisse. quæ enim sapientia multiformis in eo est, quòd Deus factus est homo, cùm hæc una tantùm sit actio: sed multiformem sapientiam intelligit, quòd Deus non tantùm Judæos sed etiam gentes ad salutem adduxerit per Iesum Christum, ut verba omnia præcedentia & consequentia ostendunt. Sic enim habent: *Mihi minimo omnium data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ dispensatio mysterii absconditi a seculis in Deo, qui creavit illa omnia per Iesum Christum. ut innotescat nunc principatibus & potestatibus in supercælestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundùm propositum seculorum,* quod

quod fe  
memin  
states su  
mone  
nonne  
verbor  
sti in ca  
dit Chr  
Et tales  
ritum  
ficere.  
Christu  
Christu  
vel resu  
surrect  
stum po  
sio. Vi  
borum  
ceptus  
ad locu  
conjec  
quo De  
quod c  
dicitur  
gloria.  
ria, de  
non m  
tate de  
Nam p  
Christu  
quòd  
suo, ve  
jectun  
tus, ve  
cri coo  
H  
Smigl  
confe  
bet. Q  
ista ob

quod fecit in Christo Iesu Domino nostro. Taceo, quòd Angelos non meminit Apostolus; & alioquin certum est, per principatus & potestates supercaelestes, Dæmones quandoque intelligi, de quibus hic sermonem esse, viris eruditis, non sine gravi causa, videtur. Præterea nonnè ipse locus ostendit, quàm sit fallax, quàm Smiglecius affert, verborum Pauli, *assumptus est in gloria*, explicatio, nempe hîc de Christi in cælum ascensione agi. Priùs enim proculdubio in cælum ascendit Christus, quàm gentibus prædicaretur, & in mundo ei crederetur. Et tales anticipationes & *ὑστερα πρότερα* Apostolis tribuere, est, Spiritum sanctum, quo autore illi locuti sunt, tantùm non ignominia afficere. Adde quòd nulla pars mysterii pietatis in eo jure esset, quòd Christus in cælum ascendit. Hoc enim necessariò futurum erat, si Christus servator mundi fuit. Vnde etiam factum est, ut nulla mortis vel resurrectionis Christi in hoc loco mentio facta sit, quæ tamen resurrectionis Christi multò crebriùs in scriptura, cùm de rebus ad Christum pertinentibus sermo est, allegatur, quàm illius in cælum ascensio. Vitiositatem hujus versionis tegere alii voluere corruptione verborum Pauli. Pro eo enim, quòd Paulus habet, *assumptus* vel potiùs receptus est in gloria, legunt, in gloriam, ut scilicet motus, quem vocant, ad locum deligetur: Sed quia textus græcus habet *in gloria*, facilè est conjicere, non de loco, in quem assumptus fuit Christus, sed de modo, quo Deus receptus fuit, sermonem esse. In gloria autem idem est, quod cum gloria vel gloriosè, quemadmodum alibi de Mose & Elia dicitur, eos fuisse visos in gloria, & fideles omnes apparituros olim in gloria. Voluit hanc suam explicationem verborum, *Assumptus in gloria*, de assumptione in cælum, Smigl. confirmare loco alio, Phil. 2: Sed non minùs se & suos Patres prodidit, quàm scilicet sint ab omni veritate destituti, dum ita stupidè literas sacras intelligunt & allegant. Nam pro eo, quod in loco citato legitur, quòd Dominus (est) Iesus Christus ad gloriam patris, ille legit contra omnia exemplaria græca, quòd Dominus noster Iesus Christus est in gloria Patris, addita de suo, voce, *noster*, & voce *Dominus*, quæ prædicat locum habet, in subiectum commutata, verba deniq; *ἐς δόξαν*, temerè, vulgatam imitatus, vertens, *in gloria*. Quo quid ineptius dici possit, expendat, cui sacri codicis autoritas cordi est.

Hæc omnia, quæ in nostris libris fusè tractantur, susq; deq; habens Smigl., ad nostram explicationem referendam transit, & bene se rem confecisse credit, si, quod nos de loco isto dicimus, calculo suo improbet. Quæ ars ejus non postrema est. Sed meminisse debet Smigl., nos ista observare; & parum inire esse, quid de nostris ille sentiat explicationibus,

Luc: 9. 31.  
Col: 3. 4.

γ 11.

Defensio nostra  
explicationis.

tionibus, dum suas & Ecclesiae suae non confirmat. Non enim ideo ipsius sententia vera erit, quia nostra falsa sit, quam sponte nostra attulimus. Defendemus tamen eam ab ipsius cavillationibus potius, quam rectis rationibus. Primum *satis esse ait ad nos premendos, vocem Deum in graecis exemplaribus haberi.* At ego dico parum id esse, nisi dicat Smiglecius, vulgatam quandoque errare, vel saltem graecis exemplaribus inferiorem esse, ut antea docuimus. In latina porro editione haberi istam vocem tacitam & subintellectam, nihil nisi desperatio Smiglecium affirmare jubet. Quomodo enim vox Deus in vulgata haberi dici potest, ubi prorsus est omissa, & ita verba conjuncta sunt, ut nullo modo locus sit voci istius, & quod de Deo, vi Graecorum exemplarium, dicitur, id, vi vulgatae, de mysterio pietatis dicendum prorsus sit, hoc modo: Et manifestè magnum est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, iustificatum in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum in mundo, assumtum in gloria?

Et prorsus nihil est, quod ait Smiglecius, *Quis enim in carne apparuit, nisi Deus?* Iam enim ex vulgata constat, pietatis mysterium manifestatum esse in carne. Bezae autem autoritas, quanti sit hic faciendum, rectius novit Smiglecius, quam ut hic a me exponatur. Non habuit scilicet, quod diceret jure, ideoque quidvis dicere, & in auxilium hostem suum & nostrum vocare in hac causa maluit, quam veritati cedere. Nam quomodo Dei nomen, ut ait Beza, tolli potuit ab iis, qui divinitatem Christi, istam fictitiam negabant, si quidem omnes vel plerique latini eam asserebant, omnia vero exemplaria graeca haec tenus constanter vocem Dei habeant?

Deinde verò, quae nos de ista Dei in carne manifestatione dicimus, hoc modo impugnat. 1. *Deum in carne apparere, esse, in carne existere, & se in ea videndum exhibere, & hanc esse propriam hujus locutionis significationem, & si quem in carne apparuisse dicamus, nihil aliud intelligi.* De Deo verò Patre nusquam legi, quòd se in carne videndum praebuerit. Sed hoc nihil est, nisi desperabunda responsio. Nam apparere vel potius manifestari, (est enim in graeco ἐφανερώθη,) in carne, esse, in ea existere, & se in ea videndum exhibere, nulla ratione probatur: Et quòd haec sit propria hujus locutionis significatio, unde constat? quid cogit, aut saltem suadat? praesertim cum haec sit nimis monstruosa & Theologica facultate indigna locutio, Deum in carne, scilicet sua, apparere: eundem verò in carne manifestari, nihil a religione alienum continet, imò ipsa religio vel analogia illius est. Quomodo enim Deus carni, hoc est, hominibus mortalibus se ipsum manifestare commode potest, nisi per carnem? Et certe ad rem peregrinè faciunt verba Chri-

Deus in carne aliena manifestatus est,

ba Christi dicitur cognoscit Pauli, dicitur enim per quòd L. qui carnis Deum carnem

Di. luntate luntate dum eam amli a manifestum non verò a non ap sua pa um tu fieri, d pla res tas vo Nec esse: Et lum in volun eos re salute mines natur enim ita vo gaific qui su

Seculo stum, trem,

ba Christi, dicentis, *Qui videt me, videt & patrem* &c. In illis enim aperte dicitur, eum, qui Christum, qui caro fuit, cognoscit, Deum patrem cognoscere. Smiglecus autem nihil agit, dum contendit, verba illa de visione in spiritu per fidem, accipienda esse. Quali scilicet verba hæc Pauli, de alia visione, quàm quæ est in spiritu, intelligenda sint. Deum enim patrem manifestatum esse in carne, nonne ita explicari potest, quòd Dei patris voluntas manifestata sit per Christum & Apostolos, qui caro, hoc est, homines infirmi & mortales erant? cùm certum sit, Deum illum patrem, qui solus hac ratione in sacris literis accipitur, carnem nullam habere posse, in qua ipsemet appareat.

Dicit porro Smiglecus, ineptè exponi, *Deum apparere, hoc est, voluntatem Dei patefieri, quia scilicet aliud sit, Deum apparere, aliud voluntatem ejus manifestari.* Sed voce, *apparuit*, Smiglecus imponit, dum eam aliud quid esse præ se fert, quàm manifestari. Iam verò, etiam si aliud sint quoad verba, Deum manifestari, & voluntatem ejus manifestari, nemo tamen Theologorum nescit, sensu ista eadem esse. cùm nihil crebrius sit, quàm Deum pro voluntate Dei accipi. Quod verò ait, *Deum voluntatem suam patefacere posse per legatos a se missos, non apparendo in carne, & apparere Deum posse absq; ulla voluntatis sue patefactione*, hoc totum nihil ad rem facit, dum modo constet, Deum tunc manifestari, cùm suam voluntatem manifestat; & in carne id fieri, dum per homines mortales fit, quòd utrumq; verissimum esse ipsa res loquitur. Nec quicquam refert, quòd, cùm Deus per Prophetas voluntatem suam patefecit, non dicebatur, in carne manifestari. Nec enim ex eo, quòd non dicebatur, sequitur, dici id non potuisse: Et quòd non dicatur, id ideo factum esse censendum est, quòd nullum in eo mysterium tantum esse censuerit Spiritus sanctus, quòd voluntas Dei imperfecta, qualem scilicet Prophetæ revelârunt, per eos revelata sit, quantum in eo est, quòd tam perfecta Dei voluntas, de salute scilicet humani generis, manifestata sit per carnem, hoc est, homines infirmos & mortales. Nam cettè voce *Carnis* non significare naturam humanam, ut ait Smiglecus, vox opposita spiritus evincit. Ut enim hæc Dei virtutem, quæ in Christo & Apostolis eluxit, significat, ita vocem *carnis*, humanam fragilitatem, quæ in iisdem apparuit, significare necesse est. Et hoc modo tertium etiam quòd de Apostolis, qui sub voce *Carnis* intelliguntur, dicit Smiglecus, solutum est.

Quartum verò, quòd scilicet Paulus mysterium hoc absconditum a seculo, & nunc manifestatum & prædicatum gentibus, dicat esse, Christum, unde concludit Smiglecus, hunc locum non rectè accommodari ad patrem, infirmisimum prorsus est. Præterquam enim, quòd Christus in

Ioh: 14. 22

1. Ioh: 4. 6, 7, 8.  
Ioh: 3. 11.

Quomodo Christus sit mysteriū

Differentialoco-  
rum Colof. 1. &  
1. Tim: 3.

Ioco Col. 1. metonymicè, pro gratia & beneficio Christi accipi potest, ut ex loco Ephes. 3. 6. apparet. quod frustra Smigl. impetit, dum ait, Paulum de Christo loqui, quem annunciamus v. 28., quasi scilicet non tam gratia & beneficium, quàm persona annunciari possit, quemadmodum Iohannes ait, se annunciare vitam æternam, præter hoc, inquam, mysterium illud Col. 1. 26. aliud est ab eo, quod Paulus 1. Tim. 3. describit. In loco enim ad Col. de eo tantùm sermo est, quod gentibus per Christum contigit: at in loco ad Timoth. de universo illo beneficio, quod in Evangelio continetur. Cujus pars tantùm illud est, quòd gentes etiam admittæ sunt ad gratiam Dei, ut ex partibus istius myllecii, quæ in loco ad Timot. commemorantur, ad oculum videre est.

## CAPVT XIX.

De loco Phil. 2. quòd Christus in forma Dei & Deo  
æqualis fuerit.

Refutatio sen-  
tentia Smigl: de  
humiliatione  
Christi.

Verus Pauli ver-  
borum sensus.

CHRISTUM in forma Dei & æqualem Deo fuisse, cum Apostolo  
confitemur: at divinam hinc naturam colligi posse & negamus,  
& non paucis rationibus docemus, quarum defensionem postea ag-  
grediemur. Priùs enim aliquid de Smiglecii sententia, quam Pauli ver-  
bis Phil. 2. affingit, dicendum est. Ea autem est, quòd ait, duplicem hinc  
describi Christi humiliationem, alteram, quâ se a formâ Dei, ad for-  
mam servi demisit: alteram, quâ se in forma servi humiliavit usq; ad  
mortem. Quæ sententia Smiglecii ob id solum jure rejici potest, quòd  
nullo argumento suffulta sit; nec quicquam afferatur ex ipsis verbis  
Pauli, unde ejus aliqua verisimilitudo appareat: quin imò, contrari-  
um ejus verba Pauli suadeant, qui ultra istam Christi humiliationem,  
quâ formam servi sumit, nihil re ipsâ amplius de Christo dicit, nec di-  
cere etiam potuit. Servi enim formam sumere, quid est aliud, quàm  
ad hominum vulgariam conditionem sese demittere, omnium sese  
injuris exponere, & ad omnia indignissima perpetienda, paratissi-  
mum esse, & deniq; ea re ipsâ perpeti: quod etiam verbis sequentibus  
a Paulo indicatur, dum ait, *sed semetipsum exinanivit, formâ servi sum-  
ptâ, in similitudine hominû factus, & habitû inventus ut homo, Humi-  
liavit seipsum, factus obediens usq; ad mortem, mori autem crucis.* Huic  
autem sententiæ Smigl. longè rectior substitui potest, nempe Paulum,  
qui ad veram humiliationem Philippenses commonefacturus erat,  
inter alia etiam potissimùm Christi exemplo id effectum dare velle,  
cujus & summam humiliationem, & humiliationis consecutum præ-  
mium, luculèter describit. Ac humiliationem quidem, quòd Christus,  
licet esset

licet es-  
sibus  
honor  
nanc  
accen  
parati  
trucul  
bus in  
onis d  
donav  
tur on  
confite  
dem s  
tens, c  
vocen  
modu  
rum a  
num t  
& in h  
Piscat  
mo: se  
vel ut

C  
propo  
in for  
mâ se  
tur,  
mirè  
lit, ad  
suam  
deber  
a se c  
mnia  
quid  
dere  
patro

Ergo  
natur  
nam



licet esset tâta potestate & sublimitate prædit<sup>9</sup>, ut omnibus reb<sup>9</sup> terre-  
stribus & dæmonibus imperare posset, & passim ab hominib<sup>9</sup> divino  
honore coleretur, tamè ita se demiserit, ut quodâmodo seipsum exi-  
nanierit, & instar mâcipii tractari sese permiserit, vulgarib<sup>9</sup> hominib<sup>9</sup>  
accensus, omnia ea, quæ divina voluntate ipsi imponebantur, ferre  
paratissimus & ferens patientissimè usq; ad mortem, eamq; omnium  
truculentissimâ. Decere autem, ut ii, qui Christi sunt, Christû in omni-  
bus imitentur: Exaltationem verò, præmium scilicet hujus humiliati-  
onis describit verbis sequentibus: *Ideo & Deus eum super exaltavit, &  
donavit illi nomen, quod (est) super omne nomen, ut in nomine Iesu flecta-  
tur omne genu cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua  
confiteatur, quòd Dominus (est) Iesus Christus ad gloriâ Dei patris, ean-  
dem scilicet exaltationem omnibus illis donandâ esse tacitè promit-  
tens, qui Christi istam humiliationem imitati fuerint.* Vnde constat,  
vocem *Formæ* hoc in loco non internum aliquid significare, quemad-  
modum in scholis ea vox usurpatur. Paulus enim vulgus Christiano-  
rum alloquitur, quibus ista prorsus incognita fuisse constat, sed exter-  
num tantum habitum denotare. Quod etiam alii viri insigniter clari,  
& in hac re minimè suspecti perspexère, inter quos sunt, Calvinus &  
Piscator: & sensus est, non quòd Christus fuerit Deus, & factus sit ho-  
mo: sed quòd Christus fuerit, ut Deus, factus autem sit, ut mancipium,  
vel ut vulgaris homo.

Quam nostram sententiam improbens Smigl., duo sibi probanda  
proponit. Primò, Christum ante fuisse verum & summum Deum, cum  
in forma Dei & æqualis Deo esset: deinde factum esse hominem, for-  
mâ servi assumptâ. Ac illud quidem tribus argumentis conficere cona-  
tur, quæ priusquam examine mus, duo dicenda sunt. 1. Smiglecium  
mirè se intricâsse. Nam, loco trium argumentorum, duo tantum attu-  
lit, ad probationem prioris thesisi suæ: in tertio verò alteram thesim  
suam potius quàm priorem persequitur, quod in Smiglecio ferri non  
debet. 2. Eadem ferè omnia dicta esse a Smigl. in cap. 12. Monitorum  
a se confictorum, in quo locus hic prolixè tractatur, & argumenta om-  
nia, quæ hîc ascripta sunt, proponuntur, ut satis mirari non possim,  
quid causæ subsit, cur istud factum sit. Sed quia errorem iterum defendere  
non piguit Smiglecium, non pigebit etiam nos, breviter veritatis  
patrocinium denuò suscipere.

Argumentum Smiglecii primum est. *Christus fuit in forma Dei,  
Ergo fuit naturâ Deus.* Consequentiam probat. *Quòd forma Dei vel  
naturam & essentiam Dei, vel similitudinem accidentariam & exter-  
nam significet. Utrovis autem modo accipiat, hinc consequi, de Christo  
id dici*

*Argumenta Smiglecii reselluntur.*

*Argumentum 1.*

Responsio.  
Vocis Formæ si-  
gnificatio.

Similitudo cum  
Deo essentiam  
Dei excludit.

Quid sit Forma  
Dei in Christo.

id dici non posse, nisi essentiam Dei habeat. Respondeo, Voce formæ naturam vel essentiam significari in sacris literis insolens est & absurdum. ad vulgares enim homines ista omnia ab Apostolis scripta sunt, quibus istæ scholasticæ vocis formæ significationes prorsus incognitas fuisse, plus est, quàm verisimile, ut suprâ annotavimus: Ex eo verò, quòd quis habet externam cum Deo similitudinem, nullo modo sequitur, eum habere essentiam Dei: Imò sequitur prorsus contrarium. Cùm enim essentia Dei numero una sit, parumné constat, eam a nemine alio, præter Deum haberi posse? Iam enim non numero una, sed pluribus communis esset. Et sanè mirum est, adversarios ita esse præjudicata opinione excæcatos, ut non videant, ex eo, quòd Christus in forma Dei, & Deo æqualis fuit, firmissimè colligi, Christum nullo modo esse Deum nempe illum summum. Cùm nemo in sua ipsius forma & sibi æqualis esse possit.

Iam quòd addit, *Christum ob divina opera, quæ faciebat, non potuisse in forma Dei esse, nisi ea eodem modo, quo Deus, fecisset.* Eum enim qui non propria virtute aliquid facit, non in Dei, sed in ministri forma esse, in hoc dupliciter errat. Nam nos nec formam Dei in Christo ad sola miracula referimus, ut suprâ alibi dictum est; nec alio modo Christum ea fecisse affirmamus, quàm quo Deus ea efficit. Ut enim Deus, sic Christus etiam, virtute propria ea omnia fecit, licet diversa ratione Dei & Christi propria ea fuerit potestas. Dei, quia eam ex ipso habet, Christi, quia a Patre. Possè autem hoc utroque modo aliquid proprium alicujus esse, nemo non videt. Data enim erat Christo talis & tanta potestas ejus, ita, ut propria illius jure censeri posset. Quemadmodum etiam nunc propria est immortalitas Dei & Jesu Christi hominis, licet Dei sit naturâ, Christi verò hominis, Dei beneficio, quo etiam propria olim futura est omnium fidelium. Quare nullo jure Apostolorum exemplum huc accommodari potest. Illi enim, licet majora quàm Christus miracula fecerint: tamen non propria, nec in ipsis in hærente potestate, ea fecerunt, sed, Christi ope & auxilio adjuti, ea omnia confecerunt. Christus inter Deum & Apostolos, medio quodam modo miracula edidit, qui tamen propiùs ad eum, quo Deus miracula facit, quàm ad illum, quo Apostoli ea faciebant, accedit. Nam potestas, quæ ea Christus faciebat, eatenus tantùm aliena & dependens erat, quatenus ei data erat: at, quoad usum, propria illius & prorsus independens erat, adeo, ut eam non tantùm, quotiescunque volebat, uti pro libitu suo, sed etiam eandem cum aliis communicare posset, quod neutrum de Apostolis dici potest, & soli tantùm Deo convenit,

illud

Illud autem ineptè dictum est, eum, qui divina virtute miracula faciat, in forma ministri Dei esse. Non enim in forma ministri Dei, sed minister Dei esset, etiamsi tandem ista virtus in ipso non resideret. Nec minùs illud, dum ad id, quod a nobis affertur ex sacris literis de potestate Christi a Patre datâ, unde constat, Christum omnia Patris virtute operatum esse, respondet Smiglecus, *hoc verum esse, si loquamur de Christo, quatenus homo erat: si verò de Christo loquamur secundùm divinam naturam, Christum accepisse istam potestatem a Patre naturaliter, & ita non aliena sed sua & ingenita virtute operari, quâ una cum natura a Patre communicata accepit.* Nonné enim hoc est ludificari homines? Naturam in Christo divinam commentum hominum esse, non tantùm negamus, sed Dei gratiâ hætenus ita docemus, ut, propediem univèrsam mundum eam unâ nobiscum exhibiturus, sperare possimus: & tamen vult nos Smiglecus eam considerare in Christo, & aliquid ei secundùm illum datum esse, credere, hoc est, eum ratione insanire. Quali scilicet natura divina dari alicui possit, quemadmodum natura hominis, quæ est specie una, alteri dari potest. Pudeat tandem Smiglecium, contra omnes disputandi leges, ita nostrâ patientiâ abuti, & tam crasso nobiscum more agere desinat.

Sed & hoc eandem redolet ineptiam, dum & argumentum nostrorum ipse ita format, Si Christus formam Dei habet. Ergo non erit ille ipse Deus, cujus formam habet; & ita ad illud respondet: *Quasi verò, si Socinus formam hominis habeat, rectè concluderit aliquis, Socinum hominem non esse.* Nam & captiosè, pro, in forma Dei esse, reponebat, formam Dei habere, quia plùs hac oratione contineatur, quàm illâ; & ambigua vocis formæ usurpatione imponit Smigl. Vt enim, qui formam hominis habet essentialiter, homo est: sic, qui in hominis externa tantùm forma est, homo non protinus censendus est. Quem admodum Christus, cum in forma (quod unicum in novo fœdere exemplum vocis *μορφή* est) diversa apparebat discipulis post resurrectionem, non verè & essentialiter id erat, cujus formam præferebat, sed tantùm externo quodam modo ita apparebat, cum interim semper esset essentialiter Iesus ille Nazareus.

Statorii porrò horum verborum explicationem, quam & nos suprâ attulimus, affert, formam Dei in Christo non solùm ex factis admirandis spectari, sed etiam ex divina illa potestate super omnes res, & cultu divino illi exhibito, & respondet, *eum non evadere vim argumenti. Eandem enim esse rationem potestatis & cultus, quæ miraculorum. Si enim hanc potestatem habeat Christus eo modo quo Deus, & cultus etiam eo modo illi competat, quo Deo, eum etiam essentialiter divi-*  
nam ha-

Ineptia Smigle-  
cii.

Mar. 16. 12.

nam habere, cum potestas divina sit independens, & cultus illi debeat propter infinitam ejus majestatem & essentiam. Si verò potestatem Christus habeat non eo modo quo Deus, sed ut minister Dei, eam non arguere formam Dei, sed formam ministri: idemque etiam de cultu esse dicendum. Sed ad hæc omnia jam ante responsum est per id, dum docuimus, Christi potestatem, jure ipsius propriam & independentem appellari posse. Quia scilicet, postquam ei data fuit, in ipso residebat, & ita Christus eam utebatur, atque ipse Deus. Hinc enim consequitur, etiam si Christus eam a Deo Patre habuerit, jure dici posse, cum propter illam potestatem in forma Dei fuisse. Quod idem etiam de cultu divino dici potest. Hujus enim respectu prorsus in forma Dei Christum fuisse dici debet. Quia nemini unquam passim ita tributus fuit, ut Christo Iesu, aded ut hic etiam comparatio Apostolorum cum Christo planè cesset. Illi enim nusquam a quoquam adorati fuere; & sicubi tale quid tentatum fuit, prorsus ab illis rejectum fuisse legimus: At Christus, ut divinus ei honor tribuebatur, sic eum non rejecit, sed eum sibi tribui passus est. Quæ res insigni modo docet, Christum verè & in Dei forma & Deo æqualem fuisse. Et hæc tenus de primo Smigleccii argumento, & ejus annexis variis exceptionibus.

Act: 10. 21.  
& 14. 13.

2. argumen-  
tum.

Responsio,

Secundum argumentum Smigleccii est: *Apostolus absolute dicit, Christum esse æqualem Deo. censet igitur, illum naturâ & essentiâ Dei præditum? Nemo enim potest æqualis Deo esse, nisi naturam & essentiam Dei habeat. Quævis enim alia natura infinite distat à Deo.* Ad hoc quatuor responsiones nostrarum affert Smigleccius, & eas diluere conatur. Quæ qualia sunt, videamus. Primam responsionem nostram facit, quod verba Pauli, *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*, ita explicemus, quod Christus noluerit sese æquare Deo, sed potius exinaniverit seipsum. Verùm quia nescio, quis nostram hanc explanationem afferat, vel pro vera habeat; & nos concedamus, verba Pauli ita accipienda esse, ut Christus dicatur fuisse æqualis Deo, & tamen sese exinanivisse, non est, quod hic cum Smigleccio certemus.

Responsio nostra secunda est, quod Christus non sit æqualis Deo absolute & omnimodè & sine ulla inæqualitate. Christus enim omnia habet a Patre, & nihil potest a seipso facere, nisi quod viderit Patrem facientem. Quæ responsio verissima est. Refellere eam conatur Smigleccius hoc modo: *Apostolum absolute dicere, Christum esse æqualem Deo, proculdubio autem rem tanti momenti non asserturum fuisse absolute, si absolute non esset vera.* At hoc jam centies profligatum est a nostris, & a meipso, tum in hac refutatione, tum in refutatione Monstrorum a Smigleccio confictorum. Nempe non esse spectandum, an

aliquid

aliquid  
dum, a  
& ipsa  
cum n  
cum an  
sit abso  
omniã  
mat, q  
Deo æ  
escend  
versus  
Etiam, a  
censend  
rel don  
& indig  
cipium  
prorsu  
stum, q  
prorsu  
quæ te  
(quanc  
dum, si  
stus ni  
Christi  
quæ C  
illis, q  
glecciu  
mus,  
mus, &  
R  
buerit  
posue  
enim  
sit. Pa  
eam re  
glecciu  
habeat  
dimus  
Deo æ  
set, q

aliquid sine ulla limitatione dicatur a divinis autoribus, ad intelligendum, an absolute accipiendum sit, sed quomodo analogia religionis & ipsa sana ratio id accipi permittat, hoc demum spectandum esse. cum nimis certum sit, plurima absolute dici, quæ restringenda sunt. Iam, cum analogia religionis & ipsa sana ratio non permittant, ut Christus sit absolute æqualis Deo, (scriptura enim testatur, Christum a Patre omnia accepisse, idque ex gratiâ, & certo tempore: Ratio verò clamat, quia Dei natura una numero est, non posse esse illum absolute Deo æqualem. jam enim non una numero esset Dei natura) hinc acquiescendum est, & nihil ulterius vel cogitandum quidem. Nam quæ adversus hæc dicit Smiglecus: *si quis ab aliquo habeat rem æque perfectam, ac habet ille qui dat, idque non dono sed naturâ, nullo modo in ea recensendus est inæqualis, sed solum tunc, cum rem vel minus perfectam vel donatam non innatam accipit ab alio, ea & alibi fulsissime refutata & indigna sunt, quæ a Smiglecio afferantur.* Nimis enim crasse principium in iis petit, dum statuit & tacite sumit, posse aliquem, omnia prorsus, quæ Deus habet, & ipsam Dei essentiam habere: & Christum, quæ habet, naturâ non dono Patris, habere. Cum tamen prius sit prorsus impossibile: posterius verò litteris etiam sacris contrarium, quæ testantur, non tantum, quod Christus omnia a Patre accepit, (quanquam etiam hoc ipsum satis est ad errorem Smiglecii refutandum, si bene verba ista intelligantur) sed etiam affirmant, quod Christus nihil ex seipso possit, & quod Deus omnia ex gratia donarit Christo, idque propter obedientiam illius usque ad mortem; & ea, quæ Christo data erant, dum in terris degeret, minora esse censentur illis, quæ ei data sunt, postquam ex mortuis resurrexit. Sed quia Smiglecus se aliàs plura de hoc dixisse ait, nos etiam plura hinc non addemus, & alibi etiam a nostris nimis multa hac de re dicta esse, regerimus, & eò lectorem remittimus.

Responsio nostra tertia est, quod Christus æqualitatem suam habuerit non naturâ, sed ex gratuito Dei dono, ideoque etiam eam deposuerit ad nutum Dei, quæ ratio re ipsa eadem est cum secunda. Est enim explicatio, quare non absolute Christus æqualis Deo censendus sit. Parum igitur rectè a Smiglecio pro tertia habetur. Quæ verò ad eam refutandam afferuntur, nihil prorsus valent. Sic enim ait Smiglecus: *at nos jam ostendimus, æqualem Deo neminem esse posse, nisi habeat Dei essentiam & naturam.* Ego verò contra: Nos etiam ostendimus, Christum non posse esse Deo absolute æqualem, & absolute Deo æqualem neminem esse posse. Nec enim numero unus Deus esset, quod ipsissima est Evangelii veritas, si esset alter absolute illi æ-

Quando absolute dicta, restringenda fiat.

Cur Christus non sit absolute Deo æqualis.

Ioh: 5. 19, 20;  
Phil: 2. 9.

Nemo Deo æqualis absolute esse potest.

1. Petri. 24.

qualis. Ait iterum Smiglecus, *Deum pronuciâsse, quod non sit daturus alteri gloriam suam.* Ego contra. Disertè D. Petrus ait, Deum dedisse Christo gloriam & honorem. Vnde apparet, per alterum apud Prophetam, non intelligi eum, qui sit Deo subordinatus, sed qui sit Deo contrarius, quemadmodum alterum loci & versiculi citati membrum, *Nec laudem meam sculptilibus,* expressè docet. Sed de toto hoc loco egimus prolixè in refutatione Monstrorum, ubi etiam prolixè & datâ operâ adversus nos eum attulerat Smiglecus.

Quarta nostrorum responsio est: Christus est æqualis Deo. Ergo non est ipse Deus, cui æqualis est. Nemo enim sibi ipsi æqualis est. Adversus hanc Smiglecus ita pugnat. *Vtrumque scripturæ Christo tribuunt, & quòd sit Deus, & quòd Deo æqualis, Vtrumque igitur verum est.* Sed fallacia est & dolus in verbis Smiglecii. Scriptura enim non dicit, Christum esse Deum illum, cui æqualis est, quod probandum erat; nec id dicere, nisi sibi contraria sit, potest ullo modo. Est quidem Deus, Christus, sed talis Deus, qui apud Deum illum unum fuit, qui mortuus & a mortuis resuscitatus, vestigia clavorum in manibus & pedibus exhibuit, qui ex patribus oriundus fuit, hoc est, Deus est, non naturâ (naturâ enim homo fuit) sed dignitate divina. Hic verò æqualis Deo esse potest: imò ut sit, necesse est: alioquin enim Deus non esset, non tamen prorsus & absolutè, alias enim Deo æqualis non esset.

Pugnat ulterius Smiglecus, dum ait: *Neque nos Christum sibi Deo, sed Patri dicimus esse æqualem; æqualem autem, quia sit ejusdem cum Patre essentia.* *Æqualia enim dicuntur, quæ ita sunt diversa, ut tamen communi aliqua ratione sint unum, in qua dicuntur esse inæqualia.* Quare & Christus est quidem diversus à Deo Patre in persona, non tamen in essentia, in qua debet esse æqualis & proinde unus. Sed hîc iterum primum dolus latet. Nam loco Dei Smiglecus Patrem substituit: Deus autem, cui æqualis est Christus, non est, ex mente Smiglecii, Pater tantum, sed ipsa Trinitas. Vnde constat, Christum non esse illum Deum, quem sub voce *Deus* intelligit Smiglecus, si æqualis est Deo. Ex nostra verò mente, quia Pater solus est verus Deus, & nullus alius est, præter ipsum, naturâ Deus, æqualis illi hac ratione, ut ejusdem sit cum illo essentia, imò unus cum illo Deus, quoad essentiam, Christus dici, sine aperta contradictione, quæ nulla in religione datur, non potest: & proinde relinquatur, secundum regulam Smiglecii, alia in re consistere, istarum duarum diversarum personarum, Dei Patris & Christi, æqualitatem, quòd scilicet uterque sit divina potestate præditus, alter naturâ & ex seipso; alter verò dono & gratiâ alterius. Et hætenus de secundo Smiglecii argumento,

Æqualis Deo,  
non est Deus natura.  
Ioh: 1. 1.  
& 20. 28.  
Rom: 9. 5.

In quo æqualitas  
Dei & Christi.

Tertium

Tertium argumentum Smiglecii est: *Forma servi significat naturam humanam. Ergo forma Dei naturam divinam.* Negamus antecedens. Forma enim servi significare potest conditionem & statum servilem, quod ipsum vox *דָּבָר* etiam indicat. Ad hoc quid Smiglecii? *Multa, ait, ostendere hanc explicationem esse falsam. Quanam vero ista tam multa? 1. est. Quod Christus revera non accepit conditionem servilem. Quia neque dominium illius quisquam sibi vendicavit, neque tanquam mancipium habuerit, neque Christus ullius hominis fuerit servus, sed solum indignè à Iudeis est uti reus habitus & tractatus, non tanquam servus. 2. est. Quod Paulus ipse explicet, quæ sit forma servi, dum addit in similitudine, (in similitudinem ex vulgata habet Smiglecii) hominum factus. 3. est. Quod scripturæ hominum similitudinem, quam Christus nostræ causâ suscepit, aliam testentur, nempe non vulgarium hominum, sed absolutè hominum in carne, sanguine & miseris omnibus hominibus communibus, solo peccato excepto. Sed hæc multa ita sunt infirma, ut pro uno non valeant. Primum ipsissimum sophisma est. Non enim in eo propriè, quomodo homines Christum tractaverint, forma servi, quam Christus sumit, consistit, sed in eo, quomodo Christus se gesserit, & quomodo se ad parendum Deo composuerit. Ut etiam forma Dei non in eo propriè consistebat, quod homines de Christo sentiebant: sed in eo, quod divinitus ei datum erat, adeo ut Christus in forma Dei esse potuerit, etiam si nemo hoc de illo unquam crediderit, & formam deinde servi sumere, etiam si non ita indignè tractatus fuisset, ut tractatus fuit. Præterea quid magis a vero alienum est, quàm Christum non fuisse tractatum a Iudeis & principibus illorum & ab Herode, ut servum & mancipium? Si enim capi, ligari, vapulare, damnari absq; ullo jure, cõtra omne jus, non est tractari ut mancipiũ, quid tandè erit haberi & tractari ut mancipium? Alterum concedi potest, & tamen nihil valebit. Nam fieri in similitudine hominum, & habitu inveniri ut hominem, aliud nihil est, quàm talè fieri, quales sunt alii vulgares homines, ut a nostris eleganter ostensum est, exemplis etiam adductis, ubi vox *hominis* pro homine vulgari ponitur. Hoc verò tunc revera factum est, cum Christus formam servi sumit. Respondet Smiglecii: *Frustra hoc adjunctum fore, cum jam id dictum esset, ab apostolo, quod deterius est ista conditione vulgarium hominum, nempe de conditione servili.* Sed & hoc infirmum est. Nonnè enim in una eademque re describenda immorari potuit Apostolus, & variis eam verbis describere, nulla habita ratione ejus, an, quod prius dictum est, sit deterius eo, quod posterius dictum est? Præterea non est simpliciter verum, deteriorem esse*

3. Argumentum  
Smiglecii.  
Responsio.

Homo pro vulgari homine.  
Iud. 16. 7, 11, 17.  
Psal. 81. 7.

conditionem servi, quàm vulgarium hominum similitudinem. Nam inter homines vulgares sunt etiam servi & mancipia; & ita, suo modo eandem conditionem describi, prorsus statuendum est. Tertium verò contra Smiglecius pugnatur. Tunc enim revera Christus participavit carni & sanguini, & tentatus fuit per omnia pro similitudine (ad vel juxta similitudinem habet textus Græcus) nempe nostri; tunc denique eum in similitudine carnis peccati missum esse apparuit, cum, formam servi sumptam, factus est in similitudine hominum, & habitu inventus ut homo. Cum carni & sanguini participare, & tentari per omnia ad similitudinem, & in similitudine carnis peccati missum esse, aliud nihil sit, quàm vel a Deo affligi, vel ita sese submittere afflictionibus, ut alii fideles obnoxii sunt illis.

Sub finem capituli aliquid etiam respondet, ad id, quod a Statorio dicitur, voces Græcas, quæ sunt, *μορφῆ, ὁμολομα.* (*ὁμιωμα* habet Smiglecius) *σχῆμα* externam tantum speciem significare. Unde concludit Statorius, non posse ex his verbis colligi, Christum naturam hominis accepisse. Dicit autem Smiglecius, *voce has esse indifferentes, sive ad naturam sive ad speciem externam significandam, maxime duas priores.* Sed Statorius & nos unam cum eo, de usu vocabulorum istorum in sacris literis, loquimur. Ad quarum simplicitatem si quis scrupulosas philosophorum de similibus vocibus sententias accommodare velit, pessum eas ire, & homines a veritate ad aniles & ethnicas fabulas in transversum rapi necesse est. Ait porro Smiglecius: *Etiam si voces hæc significarent speciem externam hominis, rectè tamen dici, formam servi & similitudinem hominis, significare naturam hominis. Quia Christus non aliter acceperit externam hominis speciem, nisi accipiendo naturam.* Sed hoc totum aliter se habere jam paulò antè docuimus. Christus enim homo in hominis similitudine factus esse, & formam servi accepisse dicitur.

11111

## CAPVT XX.

*De quinque argumentis Socini, quibus probatur, Formam Dei non significare naturam divinam.*

Cæcilius Smigl.

v. argumentum  
Socini.

RATIONES quinque Socini contra formam Dei dissoluturum se promittit Smiglecius, sed non sine dolo. Non enim contra formam Dei, quam in Christo Socinus veram esse credit, sed contra sententiam Smiglecii & asseclarum ejus de Forma Dei argumenta ista protulit Socinus. Sed solutiones videamus. Argumentum 1. Socini est, Divina natura nunquam deponi potest. At Christus deposuit ad  
tempus



tempus formam Dei & æqualitatem suam cum Deo, exinanendo semetipsum. Ergo forma Dei non est natura Dei. Hoc solvere conatur Smiglecus negando assumptionem, quòd *Christus formam Dei non deposuerit, sed tantum occultarit sub humana forma & similitudine, idque ex verbis Pauli, formam servi sumptam, apparere ait, quòd scilicet non desinendo esse quod erat, sed incipiendo esse quod non erat, seipsum exinaniverit, divinam majestatem contegendo carnis humilitate.* Sed quid quæso hic firmitudinis est aut roboris, vel potius veritatis? Scriptura disertè testatur, Christum seipsum exinanivisse, quòd plus est, quàm formam Dei deponere: Smiglecus verò ait, Christum formam Dei non deposuisse, sed tantum occultasse sub humana forma? Potior certè autoritas est sacrarum literarum quàm Smiglecii & ejus asseclarum. Præterea cùm ad istam exinanitionem Christi mors ejus etiam pertineat, quomodo Christus formam Dei non deposuit ad tempus? Nam deficiente Christo, omnia deficere necesse fuit, quæ in eo erant. Denique cùm forma Dei etiam cultum divinum in se continet, quomodo eam non deposuit Christus, dum ab omnibus consputus & mille convitiis proscissus fuit? Sed hæc omnia dicta etiam sunt in refutatione Monstrorum.

Meminerit autem, si non Smiglecus, saltem prudens lector, quòd hic dicat Smiglecus, *Christum seipsum exinanivisse, incipiendo esse, quod non erat.* Nam si hoc verum est, quomodo in Deum non cadit, mutatio, quod infra negat Smiglecus? cùm mutationis una species sit, incipere esse, quod quis ante non erat. At ait Smiglecus: *Forma Dei in Christo continet potestatem, quàm miracula faciebat. Hanc autem non deposuit. Quia vobis ipsis testibus in ipso manens semper fuerit.* Verùm hoc nihil juvat Smiglecium. Nec enim nos ita in Christo manentem fingimus potestatem, dum mortalis esset, ut nunquam eam deponere potuerit: sed hoc ipsum, quòd potestatem, quæ antea, dum in Dei forma & Deo æqualis esset Christus, in ipso perpetuò manebat, tunc, cùm se capi, flagellari, & crucifigi passus est, formam servi acceptionem, & Christi inter homines vulgares abjectionem esse, affirmamus. Non dicimus etiam, tunc formam Dei deponi (quòd nobis tacitè affingit Smiglecus) cùm quis miracula non facit; nec ulla causa erat, cur Smiglecus diceret, Deum etiam tunc formam Dei depositurum, cùm miracula non facit, sed cùm is, qui miracula antea faciebat, postea talis sponte sua existit, & ita se gerit, ac si ea facere non possit, tunc, formam Dei ad tempus deponi, & formam servi sumi, dicimus, quòd de Deo vel cogitare impium est. Ad illud, quòd Paulus Christum etiam in cruce agnoscit, & vocat dominum gloriæ, unde

*Responsio Smiglecii.*

*Refutatio.*

colligit Smiglecius, Christum etiam in cruce formam Dei habuisse, responsum etiam est in refutatione Monstrorum. Nempe Paulum de Christo, non quatenus crucifixus, sed qui crucifixus fuerat, dicere, eum fuisse tunc, cum ista scriberet, Dominum gloriae. Præterea potuisse dici Dominum gloriae eum, qui crucifixus fuit, respectu gloriae ipsi a Deo designatæ. Nunc ad do, nimis audacem esse Smiglecium, qui pro eo, quod docere debebat, Paulum in cruce etiam formam Dei in Christo agnovisse, simpliciter ait, eum Christum in cruce agnovisse, Quasi scilicet Christus agnosci ne queat, nisi forma Dei in illo perpetuo insit. Cum tamen certum sit, ad Christi cognitionem etiam suo modo pertinere, quod aliquando formam Dei deposuerit, dum scilicet passus est & mortuus.

2. Argumentum  
Socini.

2. Argumentum Socini tale facit Smiglecius: Paulus indicat Christum potuisse arbitrari rapinam, quod esset æqualis Deo, quod in verum Deum cadere non potest. Hoc paulò latius explicandum est. Paulus ait, Christum non rapinam arbitratum esse, quod Deo æqualis erat. Hinc colligitur, fieri potuisse, ut Christus rapinam arbitraretur, quod Deo æqualis erat, & ita se gereret, ac si eam nunquam accepisset. Hoc verò de divina natura, vel de eo, qui eam habeat, dici nequit ullo modo, sine scelere. Ad hoc quid Smiglecius? *Solvitur*, ait, *nihil tale indicari à Paulo, sed satis est ad hunc modum loquendi, id Christum non fecisse, quod alii solent facere, qui cum per rapinam aliquid obtinent, non audent illud periculo exponere, & vel ad modicum tempus deponere. Christus verò, quia scivit non esse rapinam, suam cum Deo æqualitatem, idcirco non refugit se exinanire, & se quasi periculo obijcere.* Hic ad ingentum redit Smiglecius, hoc est, cum argumenta solvenda sunt, sententiam suam de loco aliquo dicit, & sensum ejus eruere conatur. Nihil tale ait indicari a Paulo. At quomodo non indicatur, si ex verbis illius tale quid justa collectione extrui potest? Quis verò non intelligit, si dicatur de aliquo, eum suam dignitatem non habuisse pro rapina, sed semetipsum illà exuisse, illum tunc commendari eo, quod, cum posset habere dignitatem suam pro rapina, & ita eam se non privare, tamen illà se privavit. Firmum igitur stat argumentum Socini, quod etiam in libro suo de Divinitate Filii Dei Polonicè edito, cum aliter solvere non posset, eludere voluit Smiglecius, dum, eo proposito, sic respondet: Tanta est subtilitas refutatoris, ut rumpatur.

Verba Polonica  
sunt:  
Zi się przeważa  
subtelność i  
furyta.  
3. Argumentum  
Socini.

3. Argumentum Socini, a Smiglecio formatum, est: Christus semetipsum exinanivit, id est, demisit atque abjecit. Deus verò se demittere ac dejicere non potest, quin altissimus esse desinat, & sic desinat esse

nat esse Deus. Solutio Smiglecii est. *Christus sicut in forma Dei est altissimus, in qua etiam est equalis Deo, ita in forma Dei non potest se demittere atque abjicere. At verò in hominis forma assumpta demittere se atque dejicere potest, siquidem humana forma multiplicis demissionis ac dejectionis est capax, imò ipsa assumptio humanæ naturæ tã vilis & abjectæ, magna fuit Christi demissio. Ex quo patet, demissionē hanc, Deo quidē competere, sed ratione humanæ non divinæ naturæ, ita ut respectu divinæ naturæ sit semper altissimus, & patri equalis, respectu verò humanæ assumptæ sit Patre minor, & semetipsum humiliavit atq; abjecit. En ingenui Smigleciani alterum indicium: Cùm argumentum solvi directè non potest, audacter principiū petere, & pro concessio sumto eo, quod est in controversia, adversarium repellere. Sed quantà hoc fiat injuriā, non nescit Smiglecus, judicent verò cordati & sapientes. Ad demonstrandas duas in Christo naturas locus hīc allatus est: & tamen duabus in Christo naturis nudè asserendis explicatur. Quæ respondendi ratio, ut adversarium magis pungit quàm premit, ita semper victum jam esse eum, qui eā utitur, magno est argumento. Et tamen in toto hoc capite aliud nihil agit Smiglecus, quàm quòd isto modo ad omnia ea, quæ a nostris objiciuntur, respondet. Sic enim Christi exanitionē de assumptione humanæ naturæ accipit, & Christum exinanivisse semetipsum, ait esse, quòd, in natura humana assumpta, expertus sit suarum divinarum perfectionum exinanitionem.*

Sic ad quartum argumentum Socini, quod est: *Christus fuit exaltatus, Deus autem exaltari non potest, quia est altissimus. Ergo de divina natura Paulus non loquitur, aliud nihil affert, quàm suam de duabus naturis cantilenam, & respectu unius Christum exaltatum, respectu verò alterius non exaltatum esse, acutè (scilicet) distinguit: Sic Filium Dei verè & propriè, licet per idiomata communicationem, exaltatum docet, quia humana omnia Deo propter unionem hyposticam conveniant: Sic illud etiam, quod objicitur, in eum finem Christum esse exaltatum, ut adoratio & cultus ei tribuatur. hoc autem Deo donari non posse, ut pote cui nihil unquam defuerit, diluitur a Smiglecio. Nempe Christo, quatenus Deus est, nihil defuisse unquam, ideoque nihil ipsi sub ea ratione donatum esse. At Christo, quæ homo est, donari potuisse hanc sublimitatem. Christum ab ipso incarnationis initio nomen super omnino nomen habuisse, publicationem verò tantum illius post resurrectionem consecutum esse: Christum hominem propter idiomatum communicationem appellari Deum, creatorem celi & terræ, & eidem tribui honorem divinum. Quæ omnia hīc tantum digito monstrare volui, ut videat lector cordatus, quomodo nobiscum agant adversarii. Quam autem*

Responsio Smiglecii.

Refutatio.

Defensio 4. argumenti Socini.

autem ista omnia falsa sint cap: 12. refutationis Monstrorum, in quo hunc locum unum tractat Smiglecus, docuimus: Vbi etiam ostendimus, quàm sit nugatorium, absurdum & impium, dicere, Deo datum esse, quòd in ipsius semper erat potestate: Deum deniq;, nempe summum illum & unum esse, qui pramio affici possit. Vnum hìc addo; Affirmat in hoc libello Smiglecus hominem Iesum in persona Dei subsistere; & iterum, eum personâ divinâ subsistere: in Monstris verò ait, Christum personâ divinâ in persona humana subsistere. Hæc quomodo conciliaturus sit, consideret.

*Smiglecus sibi contrarius.*

*3. Argumentum Socini.*

*Responsio Smigleci.*

*Refutatio.*

*Iud: 7 6.*

Quintum argumentum Socini est; Paulus exemplo Christi sui ipsius demissionem vult docere. Necessè est igitur hanc Christi demissionem fuisse visam. Neq; enim exempla ad persuadendum possunt esse rerum a nemine visarum. At nemo vidit aut videre potuit Christum, solam essentiam divinam habentem, in utero virginis humanam naturam assumere, aut quavis alia ratione in ipsa Dei essentia sese demittere ac deicere. Ergo non potest hoc modo Christi demissio intelligi. Solutio Smigleci est. *Satis est, si ea, quæ imitanda proponuntur, oculis mentis conspiciantur.* Nam & Christus Patrem suum imitandum proponit Mat: 5, qui oculis corporeis conspici non potest. Et superbia Luciferi in exemplum nobis proponitur, quem tamen nemo vidit superbientem in cælo. Sed hæc solutio non est ad argumentum directæ. Non enim quæstio est, an is, qui videri oculis corporis non potest, possit in exemplum proponi alicui, quod exempla allata fieri posse comprobant: sed an id, quod nunquam visum fuit, possit imitandum proponi, verè quæritur. Deus quidem & Lucifer invisibiles sunt, sed Dei perfectio, quam imitari debemus, expressa est ibidem a Domino Iesu, dum docet, Patrem nostrum cælestem solem suum oriri facere super malos & bonos, & pluere super justos & injustos. Luciferi item ut ait Smiglecus, superbia expressa est, quòd peccaverit, & principatum seu principium suum non servaverit, sed reliquerit proprium domicilium. Itaque pro exemplis proponi jure possunt: At Christi incarnatio nusquam expressa est, & nulla ex re cognosci potest: imò rationi repugnat quàm maximè. Quomodo igitur imitanda alicui proponi potest? Ratio porò Vvicii & Bellarmini, quòd scilicet Apostoli etiam futuri sint in forma Dei, si Christus ob miracula vel ob potestatem miracula faciendi dicatur in forma Dei fuisse, quomodo potest esse urgentissima, ut ait Smiglecus? Siquidem nos, ut Socinus docuerat, formam Dei non simpliciter per potestatem miracula faciendi interpretamur, sed etiam passim adorari

in quo  
stendi-  
datum  
e sum-  
do; Af-  
ei sub-  
erò ait,  
c quo-

si sui-  
isti de-  
ossunt  
t Chri-  
nanam  
e se de-  
illio in-  
vonun-  
mitan-  
super-  
idit su-  
directa,  
potest,  
i posse  
andum  
unt, sed  
omino  
i facere  
ri item  
& prin-  
it pro-  
ssunt:  
ogno-  
igitur  
llarmi-  
i Chri-  
in for-  
iglecci-  
pliciter  
passim  
adorari

adorari & invocari in rebus, quæ solus Deus præstare potest, ad ean-  
dem pertinere contendimus. Hoc enim nusquam Apostolis accidit,  
nec accidere potuit aut debuit. Quamquam etiam ob ipsa miracula,  
vel potestatem miracula faciendi, Christus jure in forma Dei fuisse  
dici potest, Apostoli verò minimè. Apostoli enim tantum miracula  
fecerunt: Christus verò & miracula fecit, eaque potestate in se per-  
petuò manente, adeo ut nulla nominis divini ad eam rem invocatio-  
ne opus haberet, quemadmodum Apostoli opus habebant. Estque  
hæc inter Christum & Apostolos hæc in parte differentia, quam su-  
prà etiam annotavimus, quòd Christus potestate quidem sibi datâ,  
ut Apostoli etiam datâ, miracula fecit, sed propriâ tamen, postquam  
data fuit, & perpetuò in ipso remanente, donec eam sponte sua Chri-  
stus ad tempus deponeret, quod de Apostolis dici non potest. Nam  
etiam si data illis esset potestas, tamen non ita in illis perpetuò mane-  
bat, nec ita propriè illorum facta erat, ut, sine iterato Christi auxilio,  
quicquid vellent, facere possent.

Quod verò ait Smiglecus, Christum etiam Dei Patris nomen  
frequenter in miraculis faciendis invocasse, hoc magnæ ipsius insci-  
tiæ vel audaciæ argumentum est. Nusquam enim id scriptum ex-  
stat. At addit Smiglecus, *ut vel unicum exemplum suscitationis Lazari  
abundè docet. Quomodo verò unicum exemplum potest esse argu-  
mento, frequenter id factum fuisse? Sed præterea hoc unicum exem-  
plum non docet, Christum Patris sui nomen invocasse. Verba enim  
Christi: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me, nullam veram in-  
vocationem continent, sed, si propriè accipienda essent, gratiarum  
actio sunt. Figurato autem loquendi modo dicitur, Patrem audivisse  
Christum, ut potestatem illam, quâ Christus, quicquid vellet, facere  
poterat, datam eia Patre fuisse indicaretur. Quemadmodum etiam  
Christus ait, se post abitum suum ad Patrem, rogaturum Patrem, ut  
mittat Spiritum sanctum. cùm tamen nimis certum sit, Christum,  
postquam in cælum ascendit, potestate sua divina, absque ullis veris  
precibus, Spiritum illum misisse. Ut verò indicaretur, hanc potesta-  
tem datam esse, dicitur Christum Patrem orasse. Quo etiam modo  
dicitur, Christum nunc apud Patrè pro nobis intercedere, ut scilicet indi-  
cetur, potestatem, quâ Christus nos servat, esse illi datam, non secus  
ac si eam exoret quotidie. Mirum autem est, Smiglecium hoc de  
Christo nunc affirmare, ut nos premat, quod ipse de Christo sen-  
tentiam prorsus evertit. Quomodo enim is, qui frequenter nomen  
Patris in miraculis faciendis invocabat, Deus idem, qui Pater est, esse  
potest? Vel quomodo is, qui idem Deus est, qui Pater, frequenter no-*

Christus in mi-  
raculis faciendis  
nomen Patris non  
invocavit.

Ioh: 11. 41.

Ioh: 14. 16.

Ioh: 16. 7.

Rom: 8. 24.

Heb: 7. 25.

men Patris in miraculis faciendis invocare potuit, cum idem praestare posset, vel potius non posset non praestare quod Pater? Sed de hoc aliàs plura.

## CAPVT XXI.

*De verbis Heb: 2. Quia pueri communicaverunt carni & sanguinis (Iesus) similiter participavit illis.*

**I**ESUM Christum carnem & sanguinem participasse, ut Heb: 2. scriptum est, confitemur; ex libera ejus voluntate id profectum esse, concedimus, & Christum prius extitisse, quam carnis & sanguinis particeps esset, non negamus: Et tamen falsum esse dicimus, Christum Deum fuisse vel naturam divinam habuisse. Quid ad hæc dicit Smiglecius? *si prius, ait, extitit, quam carnis & sanguinis particeps fieret. Ergo fuit Deus. Nam nec Angelus fuit, nec homo. Et præter has non datur alia intellectualis natura.* At ego dico, Homo fuit antequam carnem & sanguinem participaret, & homo Iesus participavit carnem & sanguinem. Potest autem homo aliquis esse, & tamen carnis & sanguinis non esse particeps re ipsa. Cum caro & sanguis hoc in loco non ipsam naturam, sed eam consequentes dolores, afflictiones & mortem truculentam significare possint. Sine quibus ut Christus esse poterat, quemadmodum etiam ipsius fideles vel pueri, si Deus ita voluisset, ita, quia Deo aliter visum fuit, nempe, ut pueri Iesu Christi essent obnoxii in natura sua doloribus, afflictionibus & morti, Iesus, qui ad eos servandos venerat, Dei decreto ita ferente, sponte sua sese iisdem afflictionibus & morti subjecit, ut morte interveniente & diabolum destrueret, & fideles suos a metu mortis liberaret, ut autor ibidem loquitur.

Similem Christi affectum in nos commendari 2. Cor: 8, 9. fate-mur & gaudemus: sed errare dicimus Smiglecium, qui verba Pauli, de Christo dicentis, *cum dives esset, accipit de natura divina.* cum obvium sit, ea verba de divitiis aliis, nempe donis caelestibus, quibus Christus, homo natus, præditus fuit, accipi posse. Nam qui in forma Dei est, & Deo æqualis, qui omnibus rebus imperat, & quem passim adorant dæmones & homines, is certè ditissimus est. Ineptè autem addit Smiglecius, *hoc in loco de paupertate & divitiis in rebus exterioribus non in rebus spiritualibus agi.* Quæ enim in Deo, vel in natura divina possunt esse divitiæ externæ, quæ scilicet specialibus opponi possint? cum in Deo nihil tale externum, quod speciali opponitur, locum habere

*s. argumentum Smigleccii.*

Responsio.

Homo participare potest carnem & sanguinẽ.

*Divitiæ Christi quænam?*

o: 2. scri-  
um esse,  
anguinis  
hristum  
cit Smi-  
s fieret.  
non da-  
nam car-  
arnem &  
is & san-  
oco non  
& mor-  
esse po-  
ita volu-  
sti essent  
is, qui ad  
e tisdem  
abolum  
idem lo-

9. fate-  
Pauli, de  
m obvi-  
us Chri-  
orma Dei  
ssim ado-  
em addit  
erioribus  
ra divina  
possint?  
, locum  
habere

habere possit, ut pote qui spiritus sit, & externa alia minimè posside-  
at. Et hoc unum est argumentum Smigleci.

Secundum idem est cum primo. Vis ejus est, quòd in Christi pote-  
state fuerit, carnem & sanguinem participare, Vnde colligit, illum antea  
fuisse, quàm carnem & sanguinem participaret. Ad quod jam respon-  
sum est. Summa est: Non probat Smiglecius, carnem & sanguinem  
participare, esse, hominem fieri, nec probare potest Idem enim de pu-  
eris dicitur, quòd communicârint carni & sanguini, qui tamen ho-  
mines non sunt facti, cùm antea essent aliud quid; nec aliùs naturæ,  
præter humanam, fuere.

Tertium argumentum nullius est valoris. Diversa enim prorsus  
sunt, apprehendere semen Abrahamæ, & naturam humanam assume-  
re, ut in capite sequenti videbimus. Semen Abrahamæ non sunt omnes  
homines, sed tantùm fideles. Apprehensio seminis Abrahamæ non est  
assumptio naturæ humanæ, sed cura, quoad salutem, fidelium. Quod  
vel ex eo patet, quod de re præsentis sermo est in verbis auctoris epi-  
stolæ ad Hebr. Verba enim apprehendit præsentis temporis sunt in  
Græco textu: Incarnatio verò vel assumptio humanæ naturæ, jam pri-  
dem perfecta est, & nunc fieri nullo modo dici potest.

His argumentis absolutis, quæ quàm sint infirma & futilia, puto  
ex iis, quæ diximus, constare, refutationem etiam parat eorum, quæ  
nostri de loco illo scribunt, sed talem, quæ nihil prorsus valet. Pri-  
mùm enim, cùm Statorius objicit, id totum factum esse divina volun-  
tate, contrà quàm sentit Smiglecius, *Christum id ex libera sua volunta-  
te fecisse, non negat quidem Smiglecius, id ita se habere v: 9. & 10. cùm  
de morte Christi loquitur, at in sequentibus versiculis nullam, ait, hujus  
rei, nempe divinæ voluntatis & ordinationis mentionem fieri. Quasi  
verò sequentia omnia usque ad finem capituli non cohæreant ita cum  
superioribus, quæ a vers: 9. dimidiò incipiunt, ut nulla ratione divel-  
li possint.*

*At Christus, ait, non erubescit nos fratres appellare. Vnde constat e-  
um potuisse erubescere, & tamen quia non erubuit, hinc patet, ex chari-  
tate & voluntate Christi id profectum esse. Sed quis non videt, nullam  
hic esse contrarietatem. Potuit enim aliquid ex voluntate & charita-  
te Christi proficisci, & tamen ex Dei simul voluntate. Quemadmo-  
dum omnia rectè facta primùm ex Dei voluntate, deinde ex libera e-  
tiam voluntate hominum proficiscuntur. Et sic est statuendum, De-  
um quidem voluisse, ne Christus erubesceret nos fratres appellare:  
Christum etiam sponte sua & libera voluntate non erubuisse id face-  
re, quia scilicet id cum voluntate Dei convenire perspectum habe-  
bat.*

2. Argumentum  
Smigleci.

Responsio.

Refutatio 3. ar-  
gumenti Smigl.

Voluntas Dei, &  
hominum non  
sunt contraria.

bat. Quod verò nos fratres Christi, & Christum fratrem nostrum dici, ait Smiglecus, non secundum spiritualem sed carnalem generationem, id, ut absurdum est, ita nullo argumento ab eo confirmatur. Affirmat quidem, hoc, Christum scilicet fratrem nostrum dici secundum spiritualem generationem, esse contra mentem Pauli: sed hæc nimis incerta est probatio, dum non constat de ista mente Pauli; & artificium hoc est Smiglecii, cum non habet quod respondeat. Nam quod addit, *Paulum hoc ex instituto docere contendere, Christum nobis in his, quæ sunt carnis & sanguinis, atque adeo in omnibus, quæ ad naturam spectant, esse similem, absque peccato*, hoc non evincit, Christum esse fratrem nostrum, & nos illius fratres secundum carnalem generationem, sed tantum docet, quid is, qui noster frater est, vel quem non erubuit fratres nos appellare, nostri causâ fecerit. de re enim non præsentis & nunc durantis, sed præterita ubique sermo est. Causa verò, ob quam Christus non erubescit fratres nos appellare, ea est, quod ex uno omnes, nempe & Christus & nos sumus. Ex uno autem esse, non est, ut satis imperitè Smiglecus aliquoties sine omni ratione affirmat, ex uno principio, genere, origine, natura esse, sed ex uno Deo esse. Ex uno autem Deo esse, est ejusdem Dei populum peculiarem esse, & ad eundem Deum pariter pertinere, adeoque spiritualem prorsus generationem spectat. Patet hoc ex eo primum, quod hæc verba, *Qui enim sanctificat & qui sanctificantur*, ratio sunt præcedentium, *Decebat enim, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis illorum per passiones consummare*. Hoc enim vox causalis requirit. Atqui in præcedentibus, non de hominibus, quatenus sunt homines naturaliter, sed quatenus Dei populus sunt, sermo est. Nam & illi, filii Dei, & Christus, princeps salutis illorum appellatur, quibus encomiis non nisi fideles digni sunt. Deinde ex eo ipso patet hoc, quod autor non dicit, Christum & homines ex uno esse omnes, sed eum qui sanctificat, & eos qui sanctificantur, esse ex uno omnes, & propter hanc causam Christum non erubescere, eos, nempe sanctificatos, fratres appellare. Ut verò vox sanctificans, Christum significat, non quatenus homo, sed quatenus Servator est, hoc est, non naturam illius sed munus denotat: sic etiam vocem *sanctificati*, homines, non quatenus homines sunt, sed quatenus sunt regenerati, significare manifestum est, & proinde Christum fratrem nostrum & nos fratres illius esse ob spiritualem generationem. Mox enim additur, *propter hanc causam*, quia scilicet ex uno omnes sunt, sanctificati & sanctificans, *non erubescit fratres eos appellare*. Patet hoc denique (ut alia omittam) ex eo, quod, quos semel sanctificatos

Quid sit, ex Vno  
esse Christum &  
ejus populum.



um di-  
nerati-  
matur.  
secun-  
ed hæc  
ulti; &  
Nam  
nobis  
d natu-  
ristum  
n gene-  
l quem  
im non  
a verò,  
quod ex-  
te, non  
firmat,  
esse. Ex-  
esse, &  
rus ge-  
ba, Qui  
, Dece-  
filios in  
mare.  
de ho-  
i popu-  
lutis il-  
nt. De-  
e homi-  
tifican-  
on eru-  
ox fan-  
tus Ser-  
e etiam  
quate-  
ristum  
eratio-  
uno o-  
appel-  
nel fan-  
ificatos

ificatos appellarat, eos deinde pueros Christi, quosei dedit Deus, appellat. At quis est, qui dicere audeat, homines, quâ homines, esse pueros Christo a Deo datos? Cùm non nisi fideles Christo dari, & hanc quandam fidelium esse periphralin, sacræ testentur literæ.

Porrò cùm Statorius ait, nomine *carnis* non naturam propriè, sed afflictiones, dolores & mortem significari, quam Christus ideo sponte suâ expertus est, Deo ita volente, ut fideles ab istorum metu liberaret, sic respondet Smiglecus: *Durissima sanè interpretatio. Nam & inauditum est in sacris literis, carnem & sanguinem dolores & afflictiones significare, & huic loco Pauli minimè quadrat.* Ego verò licet durissima videatur Smiglecio hæc interpretatio, vel etiam reipsa sit, propterea eam rejiciendam esse non existimo. Potest enim videri alicui id durissimum esse, quod est mollissimum, & ad rem accommodatissimum, ob inveteratam scilicet præjudicatam opinionem; & potest quandoque durissima esse interpretatio, quæ tamen sit verissima. Potest etiam esse aliquid inauditum in aliis sacrarum literarum locis, & tamen esse verissimum, si scilicet ratio & loci circumstantiæ verisimile id esse doceant, quod hic accidere mox ostendemus. Nec enim omnium locutionum dantur instantiæ. Denique non inauditum esse in sacris literis, quod affirmat Statorius, hic ipse locus ostendit. Ait enim autor, pueros Christi, hoc est, fideles ipsius communicasse carni & sanguini. Quod certè non est, quòd facti sint homines. Nihil enim aliud esse potuerunt, quàm homines: sed est, quòd fideles sint obnoxii doloribus, afflictionibus & morti præsertim violentæ, ex Dei scilicet decreto & voluntate, qui illos vanitati (ut alibi Paulus

Ioh: 6. 39.  
& 17. 2, 6, 9, 24.

Rom: 8. 26.

ait) in spe, vitæ scilicet æternæ, subiecit.

Quòd verò ait, hanc interpretationem huic loco minimè quadrare, id mirum videri debet locum vel semel inspicienti. Nihil enim aliud a v. 9. ultima particula usque ad ipsum finem capituli tractatur, quàm de Christi morte, & causâ afferuntur, quare non sine morte Christus ad gloriâ suam pervenerit. Ait autor, Christum ex gratia Dei pro omnibus gustasse mortem: ait, Deum consummasse Christum per afflictiones: ait, ideo Christum participem factum esse carnis & sanguinis, quia pueri illius, hoc est, fideles, carnis etiam & sanguinis participes sint, ut ita pueros a metu mortis liberaret: ait, Christum ideo fratribus debuisse esse assimilatum, ut misericors pontifex fieret: ait denique, Christum, quia tentatus ipse, passus est, posse etiam tentatis succurrere. Hæc verò omnia non nisi ad afflictiones & mortem Christi referri posse, ipsa res loquitur. Partim enim disertè afflictionum & passionis sit mentio: partim ea dicuntur, quæ prorsus

æquipollent, qualia sunt, participem esse carnis & sanguinis, fratribus assimilari, & tentari, nempe a Deo.

De mente Pauli, quàm his verbis, *ex uno omnes sumus*, affingit Smiglecus, jam dictum est, & offensum contrarium ejus, quod affirmat Smiglecus, nempe ex eo, quòd Christus homines fratres suos & pueros appellat, consequi, nullam hinc naturæ per se rationem haberi. De tertio, quòd scilicet semen Abrahamæ assumat, capite sequenti videbimus.

Denique cùm Statorius ait, quod etiam nos paulò antè attulimus, similiratione concludendum esse, pueros, quia communicaverunt carni & sanguini, fuisse, antequam communicaverunt carni & sanguini, respondet Smiglecus in hunc modum: *Si ex affectu puerorum communicatio hæc procederet, ritè id concludi posset. At Paulus non in pueris, sed in Christo affectum ad participandum carni & sanguini commendat.* Quo vix ineptius aliquid & infirmius dici potuit. In hoc enim & dico: Si ex eo, quòd Christus participavit etiam carni & sanguini, jure inferitur a Smiglecio, ex affectu Christi profectum illud esse, quomodo ex eo etiam, quod dicitur, pueros communicasse carni & sanguini, inferri non potest, illud ex affectu puerorum profectum esse? Et si ex eo, quòd Christus participavit carni & sanguini, colligi potest, eum antea fuisse, quàm participaret, & fuisse non hominem: simili etiam ratione ex eo, quod de pueris dicitur, eos communicasse carni & sanguini, concludi poterit, eos antea fuisse quàm communicarent, & fuisse non homines. utriusque enim phrasis eadem vis, eadem ratio. Atqui hoc absurdum est. Ergo & illud, & verum tandem manet, quemadmodum pueri, qui homines sunt, obnoxii sunt afflictionibus & morti, ex Dei voluntate, & eidem voluntati sese sponte sua submitunt: sic etiam Christum ex Dei voluntate participem factum esse istius subjectionis sponte sua, ut saluti hominum hac ratione consuleret, a metu mortis perpetuo eos liberando, ut autor ipse affirmat,

## CAPVT XXII.

*De loco Heb: 2. Non enim videlicet angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit.*

**H**ic uno verbo totum Smiglecii conatum irritum facere possumus. Ex verbis enim Heb: 2. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit*, docere nititur, Christum naturam humanam assumpsisse, & proinde Deum fuisse, antequam illam assumeret: interim non considerat, verba autoris illius de re loqui, quæ tunc, cum

cum illa scriberet, adhuc perficiebatur, & quæ adhuc perfici dici potest. Vtitur enim voce non temporis præteriti, qualis scilicet requirebatur, si incarnationem istam monstruosam describere voluisset, sed præsentis *ἐπιλαμβάνεται*, quæ vox, per verbum apprehendit converti quidem potest, sed ambiguè. apprehendit enim tam præteriti, quàm præsentis temporis est apud Latinos: tantundem verò valet, ac si dictum esset, non Angelos recipit, vel, non Angelis opitulatur, ut habet Castellio, sed semen Abrahamæ recipit, vel ei opitulatur. Et certè, quæ hæcenus Smiglecus loca ad istam incarnationem stabilendam attulit, talia fuerunt omnia, ut præteritam rem indicarent; & si per præsens prolata essent, nihil profus ad rem facerent. Quid enim ad incarnationem probandam pertineret, si diceretur apud Iohannem, Verbum est caro, & apud Paulum, Deus manifestatur in carne, & a nostro autore, Christus participat carnem & sanguinem? Nihil certè. & ita aliunde rei istius probatio omnino petenda esset.

Quò accedit, quòd nulla humanæ naturæ mentio in loco citatò fiat, sed seminis tantùm Abrahami. Semen autem Abrahami non sunt homines, quâ homines, sed quâ fideles; & idem est, semen Abrahamæ, cum fratribus Christi & pueris ejus, & sanctificatis, (aliud enim alio loco in eodem contextu ponitur) quos, homines, quâ homines, non esse, capite præcedenti docuimus.

Smiglecus hoc impugnat, sed frustra. Primum ait, hoc contra mentem Pauli esse. Mentem autem Pauli esse ait, ostendere Christum & nos esse ex uno, hoc est, ex uno principio, origine, genere. Hoc quàm falsum sit, docuimus capite præcedenti. Tu verò, lector, memento artificium Smiglecianum, cur scilicet sententiam suam recitet, ubi ad argumenta respondendum est.

Verba hæc, semen Abrahamæ apprehendit, de liberatione tantùm esse accipienda seminis Abrahami, eleganter nostri docuerant, ex eo, quòd versu præcedenti, de liberatione fidelium ex metu mortis dictum fuerat, hoc verò idem per hæc verba sequentia, non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahami apprehendit, declarari, & ita constare, de eadem re utrobique sermonem esse. Smiglecus ad hoc respondet: Se pariratione dicere posse, Paulum in antecedentibus idque præcipuè de acceptione carnis & sanguinis & unione cum hominibus in natura egisse, & proinde verbum accipiendi restringi debere ad acceptionem naturæ. Sed hoc, quòd Smiglecus affirmat, saltem controversum est: nostrum verò certissimum est, & extra omnem controversiam positum. Connexa enim sunt cum præcedentibus, hæc verba, voce causali, quæ hoc loco declarandi vim habet, ideoque præstat ei, quòd

quod ait Smiglecus. Iam verò, si idem etiam falsum sit, ut cap: præcedenti docuimus, ubi de una eademque re a v: 9. usque ad finem cap: agi ostendimus, quilibet videre potest, quanti sint faciendæ responsiones Smiglecii. Deinde ait, *si de acceptione in protectionem loqueretur Paulus, non dixisset, semen Abrahamæ apprehendit, sed semen Adami vel universè homines apprehendit. Neque enim solos filios Abrahamæ accepit in protectionem Christus, sed etiam eos qui ante Abrahamum fuerunt, & qui ad Abrahamum non pertinuerunt. Apud Christum enim non est Gentilis & Iudeus, &c.* Ad hoc respondeo. Christum duplici modo Servatorem dici. Nempe & respectu decreti divini, & effectus ipsius, Quòd ad decretum Dei attinet, universi mundi Servator est, quòd ad effectum, fidelium tantum. Quia verò in hoc loco de posteriori modo sermo est. nam, ut antè etiam diximus & probavimus, homines, quorum salutis Christus princeps est, hic considerantur, quatenus sunt filii Dei & sanctificati, & pueri Christi, ideo etiam tantum seminis Abrahami mentio facta est, qui sunt fideles. Horum enim tantum re ipsa Servator est, ut corporis sui. Per semen autem Abrahamæ certo quodam sensu omnes intelligantur, quicumque Deo unquam confisi sunt, quemadmodum Abrahamus Deo confisus est, licet tempore illo priores extiterint, & ex eo prognati non fuerint. Ab Abrahamo porrò semen fidelium censeri incipit, non quòd antea similes ei in fide non fuerint, sed quòd Abrahamus omnium primus fuerit, qui Deo singulari modo confisus est. Quamquam certum est, verba hæc propriè de tempore, quod Christi in mundum adventum consecutum est, accipienda esse: ad alia verò secula, quæ Christum antecesserunt, eatenus tantum referri posse, quatenus Christus illorum etiam, qui unquam fuerunt fideles, dominus & iudex constitutus est, & per eum omnes ad vitam immortalem sunt deducendi.

Interpretatio, quam horum verborum affert Smiglecus, ineptissima est & seipsam etiam destruens. Ait enim, *eos, de quibus superius dictum fuit, quòd carni & sanguini communicaverint, quòd obnoxii fuerunt mortis servituti, quòd Christus eis per omnia assimilari debuerit ut misericors & fidelis Pontifex fieret pro illis apud Deum, quòd denique tententur, non solum esse fideles electos, sed etiam fideles non electos, & universè omnes homines, neq; ullum indicium esse, ex quo possit colligi, solos electos hic intelligi.* Sed quid non jubet desperatio affirmare? Qui carni & sanguini communicaverunt, dicuntur pueri, quos Deus Christo dedit. Quomodo igitur sunt non electi, vel quomodo sunt omnes homines? cùm, Christo dari a Deo, ad solos electos pertineat, ut ostendunt loci suprà allegati. In priori enim dicitur, Christum ni-

Eph: 5. 23.  
Quinam sint semen Abrahamæ.

Joh: 6. & 17. 26.

hil

hil perdere ejus, quod datum illi est a patre, sed resuscitaturum illud die ultimo: in altero similiter dicitur, Christum, qui habet omnis carnis potestatem, daturum illis, qui sibi dati sunt, vitam æternam. At non universè omnes homines Christus ita resuscitabit, ut vitam illam æternam & beatam consequantur. Qui obnoxii sunt mortis servituti, iidem sunt cum pueris, imò cum illis sanctificatis, de quibus paulò antè dixerat, quòd unà cum Christo ex uno, Deo scilicet, sint. Quomodo igitur omnes homines universè? Pro quibus Christus pontifex est misericors & fidelis apud Deum, illi sunt populus tantùm Christi, quem admodum disertè etiam additur ab autore, *ut propitiaret pro peccatis populi*: At Christi populus non sunt omnes homines universè, sed tantùm electi & fideles. Qui tentantur, sunt, qui Christi causâ afflictionem patiuntur. Quomodo verò Christi causâ afflictionem potest pati is, qui nondum est electus, sed homo tantùm. Videat igitur lector benevolus, an nullum indicium sit, ex quo colligi possit, solos electos hîc per verba *Semen Abrahamæ* intelligi.

Hoc verò quid est, quod de fidelibus non electis pandit nobis Smiglecus? Quis unquã audivit fideles dari non electos? Perinde hoc est, ac si quis dicat dari, electos, nō electos. Nihil enim aliud est, cujus causâ homines dicantur electi, quàm Fides; & præter fidem dari electionem, putidum humani cerebri commentum censendum est.

Libet autem hîc brevissimè sensum hujus tam insignis loci ascribere, cùm Smiglecus etiam non pauca de eo a re valde aliena disferuerit. Thesis est v. 9. Christum gratiâ Dei pro omnibus gustâsse mortem, hoc est, non casu vel malitia hominum mortuum esse, sed singulari & gratioso Dei consilio. Hæc Dei gratia declaratur v. 10. quòd scilicet decuerit Deum, qui alios omnes fideles servaturus erat, principem salutis illorum, eadem ratione, quâ ipsos ad immortalem perducere decreverat, ad eandem immortalitatem perduceret. Quæ verò sit ista ratio, versu quatuordecimo explicatur. Rursus, quare decuerit Deum, eadem ratione ad immortalitatem perducere Christum, quo alios omnes fideles, ita probatur, quòd & Christus & fideles sînt ex uno Deo omnes, hoc est, tam ad Deum pertineant fideles & Deo chari sint, quàm ipse Christus, licet ille aliis omnibus præstet. Æquè autem charos esse Deo omnes fideles, atque ipsum Christum, docet eo, quòd Christus non erubescat fratres eos appellare, idque testimoniis allatis, eleganter & argutè comprobatur. Porro quodnam decretum Dei de omnibus fidelibus fuerit, explicat, dum ait, pueros communicâsse carni & sanguini, hoc est, obnoxios esse variis afflictionibus & ipsi etiam mortî, quatenus scilicet Deo serviunt, &

propterea etiam ipsum, nempe Iesum, similiter participasse eisdem, hoc est, Dei voluntate accedente, iisdem afflictionibus & eidem morti subiectum factum esse, & sponte etiam sua sese illis subiecisse, ut morte interveniente, postquam exaltatus in caelum fuit, & diabolum aboleret, & omnes fideles a metu mortis liberaret. Idem amplius declarans per antithesin, addit, Christum non esse Servatorem Angelorum, sed hominum fidelium, ideoque necesse fuisse, ut in omnibus, quæ in homines fideles adversa cadere possunt, (de his enim omnibus tantum sermo est hoc in loco) illis similis fieret, ut, præter alia antè commemorata commoda, misericors etiam & fidelis pontifex fieret in iis, quæ ad Deum, ad expiandum peccata populi. Nam eò quòd ipse passus est tentatus, potest etiam aliis fidelibus, dum tentantur, ut ille tentatus fuit, afflictionibus & ipsa morte, auxiliari. Hunc sensum esse huius loci, plenum consolatione, nemo, qui non oscitanter eum legerit, diffitebitur, quem isto monstruoso de incarnatione dogmate ex animis hominum extirpari, prorsus necesse est.

## CAPVT XXIII.

*De loco Zach: 12. In quo Deus confixus esse dicitur.*

Deum, nempe illum summum, hominem factum esse hætenus demonstratum nõ est, nec demonstrari ulla ratione unquam a quocumque poterit, ergo nec Deum in carne passum vel mortuum & demonstrari potest. Tentat tamè id Sm. Videamus, quibus fretus conjecturis, Argumenta enim nulla dari possunt ad rem tam monstruosam & blasphemam, non dicam demonstrandam, sed vel levissimè innuendam.

Propheta Zacharias ait: *Aspicient ad me quem crucifixerunt.* Hinc infert duo Smigleci\*, 1. est, Deum verum factum esse hominem. Nam non nisi in carne transigi eum potuisse. 2. Deum hunc non esse patrem sed Christum. Is enim transfixus est, & eo transfixo impletum esse ait Iohannes, quod Zacharias dixit. Negamus nos utrumque. Potuit enim dici, Deum tunc esse transfixum, cum Christus fuit transfixus, ob summam conjunctionem, quæ est inter utrumque. Que modum etiã dicitur, eum, qui tangit populum Dei, tangere pupillam illius; & qui minimis Christi benefacit, vel eos persequitur, Christo ipsi benè facere vel eundem persequi. Quod etiam vidit Ioh: Tofarius, dum ait: *Sed prius aspicient ad me, quem confixerunt, crucifigentes filium illum mihi unigenitum, &c.* Quam nostram responsionem, quæ per se facilis est, & nihil in se absurdi habet, elevare quidem conatur Smiglecius, suo more, sed frustra. Primum enim satis prolixè docet, verum esse, quòd, quæ amicis Dei fiant, Deo tribuantur, ne-

scio

Ioh: 19. 37.

Quomodo Deus  
confixus.  
Zach: 2. 8.

Mat: 25. 45.  
Act: 9. 5.  
In paraphrasi super  
per hunc locum.

eisdem,  
immor-  
tisse, ut  
abolum  
lius de-  
Angelo-  
mnibus,  
in omni-  
alia an-  
tifex fi-  
ed quod  
antur, ut  
sensum  
iter eum  
dogmato

r.  
sten de-  
a quo-  
demon-  
jecturis,  
& bla-  
endam.  
nt. Hinc  
em. Nam  
esse pa-  
pletum  
que. Po-  
t transfi-  
quemad-  
upillam  
Christo  
o: To far-  
ucifigen-  
sionem,  
idem co-  
prolixè  
tur, ne-  
scio

scio quo fine. Per hoc enim non suam, sed nostram confirmat sen-  
tentiam. Deinde verò ait, *hunc loquendi modum non nisi tunc adhibe-  
ri, cum duarum personarum fit inter se quasi quedam comparatio, &  
uni respectu alterius idem tribui intelligitur.* Sed falsam esse hanc re-  
gulam, exemplum ex actis allatum convincit. Quæ enim compara-  
tio duarum personarum in his verbis Christi, *Saule, cur me perseque-  
ris.* Nonne absolutè Christus nominatur, absque comparatione ulla  
cum aliis? & tamen non Christus, sed alii intelliguntur. Præterea lo-  
cus Apoc. i., in quo affirmatur, quòd Christum sit visurus omnis o-  
culus, & quicumque (sic enim est in Græco) eum pupugerunt, regu-  
lam illam falsam esse similiter ostendit. Ibi enim de solo Christo abso-  
lutè, absque ulla comparatione sermo est: & tamen certum est, id non  
de Christo, sed de ejus populo intelligendum esse. De Christo enim  
solo dici non potest, *quicumque eum transfixerunt,* cum tantum unus  
id fecerit, vel saltem semel tantum id factum sit. Vox autem, *quicum-  
que,* & multos fuisse, qui illum transfixerunt, & sapius id accidisse, in-  
dicat, & hos speciatim præ aliis, qui verbis *omnis oculi* innuuntur,  
Christum visuros, hoc est, iudicium & sententiam illius experturos  
esse, dicitur: Christum autem propriè videre nemo potest, nisi qui  
immortalis ipse etiam futurus sit. Denique locus est Malach. 3. 8. ubi  
disertè bis dicitur, absolutè absque ulla comparatione, Deum fuisse  
confixum vel affixum vel spoliatum a populo suo, quia scilicet deci-  
mas non reddebat servis Dei.

Deinde docere nititur Smiglecius, Iohannem tum in Evangelio,  
tum in Apocal: hunc locum interpretari. Sed hoc concessio, nihil tam-  
en evincet Smiglecius. Nihil enim obstat, quominus Apostolus  
verba prophetæ, quæ de Deo dicta sunt, de Christo interpretetur,  
quia scilicet id, quod de Deo dictum fuit, in Christo sit impletum.  
Fallit autem Smiglecius dum ait, non hoc solum dici a Iohanne, sed  
etiam ita esse apud Zachariam scriptum. Nam ita apud Zachariam  
scriptum esse dici jure potest, quemadmodum tunc impletum fuit,  
cum ista Iohannes scriberet, licet de alio scriptum sit. Res ipsa scripta  
fuit apud Zachariam, quæ Christo accidit in cruce pendenri: Ea verò  
tribuitur Deo: quia, quicquid ignominie Christo illatum est, id in  
ipsius Dei personam totum redundavit. Apocal: verò I. Zachariæ testi-  
monium adduci a Iohanne, prorsus incertum est; & satis est allusio-  
nem tantum ad illud a Iohanne factam esse, præsertim, cum mutata  
sint ipsa verba, ut suprâ docuimus. Quæ deinceps de tempore, de  
quo prophetia Zachariæ sit intelligenda, disserit, nempe quoad con-  
fixionem attinet, tempore passionis Christi impletam, quoad vi-

Quinam Chri-  
stum transfixe-  
runt.

tionem verò, in die iudicii implendam esse, hæc ad argumentum nihil faciunt; & quantum vis Sancti patres visionem illam ad diem iudicii referant, nihil tamen in ea certitudinis est. Potest enim dici, tunc vidisse Iudæos, quem confixerant, quando Christi erga se severitatem experti sunt. Quomodo etiam dicitur, eos visuros fuisse filium hominis sedentem in dextera Dei, ab eo tempore, quo Christus coram illis stetit, & damnatus ab illis fuit. Vatablus certè hæc verba, *Ut aspiciant ad me ad eum quem transfixerunt*, ita interpretatur, quòd quidam eorum, qui Christum crucifixerant, spiritu illo gratiæ Christum sint cognituri, & Iohannes Oecolampadius, minimè hac in re suspectus, super hunc locum ita scribit: *Minus dextrè locum hunc interpretantur, qui ad agii loco utuntur eo, in eos qui rei fuerunt mortis Christi, quòd spectaturi sint in die iudicii, quem crucifixerint. nam hic penitentiam pollicetur.*

Quòd verò hinc argumentum suum confirmari credit Smiglecus, quia Christum, non verò Patrem visuri sint oculis corporeis in iudicii die Iudæi, illud per se falsum est. cum, ut suprà diximus, tam impossibile sit, ut oculis corporeis Christum videant homines, quàm impossibile est, ut ipsum Deum videant. Eiusdem enim cum Deo nunc naturæ est Iesus Christus, ut pote qui factus sit spiritus vivificans. Visio autem illa Christi, de visione tantum eorum, quæ Christi adventum comitatura sunt, intelligenda est. Vnde etiam alibi dicitur, quòd signum filii hominis apparituum sit, hoc est, id, quod signabit, Iesum filium hominis jam adesse.

Denique quòd Smiglecus ait ad Statorii objectionem, quæ est, quòd Deus in seipso transfigi non potuerit, sed in homine Christo, dicendum esse, *Deum, uti verè & re ipsa fuisse hominem illum Christum* (sic habet Smiglecus, quæ verba vitio non carent) *ita verè transfixum esse non in divina, sed in humana natura, quæ tamen transfixio Deo tribuitur, quia Deus erat is, qui in humana natura subsistebat, quo sensu quoque Paulus ait, Dominum gloriæ crucifixum*, id refugium Smiglecii est ultimum & incertissimum. Crasè scilicet principium petere, cum non est, quod respondeat aliud. Nunc argumentis his confirmare conatur, Christum esse Deum illum summum, & duabus constare naturis: mox sui oblitus, nudè affirmat, Christum esse illum Deum & duabus constare naturis. Quo sensu Paulus Christum gloriæ Dominum appellârit, jam non semel explicatum est ita, ut nihil præsidii in eo collocare possit Smiglecus.

Attulerant præterea aliam ad hunc locum responsionem Socius & Statorius, nempe verba Zachariæ, posse ita verti, & *aspicient ad me cum illo quem confixerunt*, & hanc versionem autoritate Monachi

Mat. 26. 64.

Mat. 24. 30.

Porti

1. qu

mitta

non

tur, q

um, u

se, se

utriq

suos e

ment

conje

gnas

sio da

jure i

sump

mult

Certe

confi

siode

scrib

rit &amp;

quæ

mon

habe

re co

scilio

tur, q

etian

Heb

pud

univ

nim

ber,

possi

vero

prop

dici

cogn

tella



entum  
em ju-  
i, tunc  
erita-  
filium  
coram  
t aspi-  
od qui-  
istum  
suspe-  
erpre-  
bristi,  
tenti-

nigle-  
reis in  
s, tam  
uā im-  
nunc  
s. Vi-  
dven-  
quod  
esum

na est,  
risto,  
istum  
ansfi-  
io Deo  
o sensu  
glecii  
cūm  
re co-  
natu-  
z dua-  
omi-  
dii in

Soci-  
ent ad  
nachū

Pontificii Marci Marini confirmant. Rationes præterea addiderant,  
1. quod Iohannes Apostolus, verba illa recitans, Dei mentionem omittat, nec verba illa, *ad me*, quæ apud prophetam habentur, recitet, non omittitur ea, si tunc extitissent. 2. quod mox ea verba addantur, quæ de alia persona sermonem esse testentur, & *plangent super eum, ut in planctu super unigenitum*, &c. Vnde appareat, Deum non de se, sed de aliquo alio illa antecedentia verba dixisse. Smiglecius insultans utriq; ait, *sentire scilicet aduersarios, in quas se angustias coniecerint, ut suos errores aliter defendere nõ possint, nisi scripturã aut corruptam clament, aut novis & mauditis lectionibus detorqueant, idque levissimis conjecturis adducti*. Sed ego dico: Sentire posse Smiglecium, se in magnas angustias coniectum, dum, & admisa lectione recepta, responsio datur expeditissima, de qua hætenus egimus; & ipsa etiam lectio iure impugnari potest. Sic enim & consequentia argumenti & assumptio negatur, itaque non habet, quod insultet. Quis autem nescit, multas parum veras extare sacrarum literarum interpretationes? Certè si alias Pontificiorum interpretationes, cum vulgata Latina conferas, correctionem huius, illas quodammodo esse agnosces, & Ihsiodorum Clarium Brixianum, hominem Pontificium de semetipso scribere, quod loca octo millia in vulgata Latina versione observãrit & emendãrit, testatur Vuthakerus in libro de scriptura sacra, quæst. 2. cap. 12. Præterea quid mirum est, si Iudæi tam evidens testimonium, in quo de Christo crucifixo & lancea perfollo propheta habetur, ab ipso Evangelii initio corruerunt, vel saltem corrumpere conati sunt; & Iohannes, prout tunc legebatur, illud allegavit, quia scilicet satis esset, omittis etiam vocibus, *ad me*, ad rem, de qua agebatur, confirmandam? Cujus corruptionis exemplum simile adductum etiam a Socino est, ex Psal. 22. ubi pro eo, quod legitur in quibusdam Hebraicis codicibus: *Foderunt manus meas & pedes meos*, legitur apud Iudæos, *sicut leo manus meas & pedes meos*.

Quod verò Marini auctoritati opponit Smiglecius auctoritatem universæ antiquitatis, id nullius ponderis esse censendum est. plus enim uni interpreti, dum nulla est de eo suspicio hæreseos, tribui debet, quàm multis aliis, qui interpretes non sunt. cūm nihil excogitari possit, quod illum unum ad istam interpretationem sequendam movere potuerit, præter solam veritatem, quam ex diligenti verborum prophetæ consideratione affectus est. Reliquos verò dormitãsse hîc dici potest, qui alienas interpretationes secuti potius sunt, quàm vel cogitãrunt, ut suas sequerentur. Verba Hebræa converti possunt, ut testatur Marcus ille Marinus, *aspicient ad me cum eo quem crucifixerunt.*

runt. Nam voces  $\Gamma\Omega\chi\theta\chi$  quæ sonant *cum quo*, idem valent, ac si dictum esset, *cum eo quem*. Vnde etiam simili loquendi modo Iohannes loquitur, *aspicient in quem crucifixerunt*, pro, *Aspicient in eum, quem crucifixerunt, aut compunxerunt*.

Scripturas ab Evangelistis non iisdem prorsus verbis semper citari, sed interdum aliquid omitti, vel in aliud interpretando commutari, nemo negat: sed huiusmodi mutationes sine causa nunquam fieri solent. Iam si, quod vult Smiglecius, Iohannes indicare voluit, Deum fuisse compunctum in homine Christo, certè non omittendæ erant voces, quæ illud testimonium ad Deum referendum esse inprimis docent, & quibus omissis, ad alium referri ea posse constabat. Quod quia factum est, jure aliquis suspicari potest, verba illa ita accipi posse, ut de Deo non intelligantur, quod eum sint aspecturi, præsertim cum eundem sensum verba sequentia prorsus suadeant: *Et plangent super eum planctu, quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti*. Hæc enim de alio sermonem esse præter Deum, apertè testantur. Non negari quidem potest, Deum interdum personam mutatam de seipso loqui in tertia persona: sed hoc non est pro regula aliqua communi habendum; & non nisi tunc adhibendum, cum nullus alius modus datur intelligendi sacras literas, & cum ipsa res prorsus ita exigat. Quod secus hîc fieri manifestum est. Commodissimè enim tam priora, quàm posteriora verba de alio quàm de Deo intelligi possunt; & nihil prorsus est, quod istam tam insolentem personæ mutationem hîc admittendam esse cogat aut leviter suadeat.

## CAPVT XXIIII.

*De loco Act: 20. Deus acquisivit ecclesiam proprio sanguine.*

Deum ecclesiam sanguine suo acquisivisse, confitemur: sed Christum sub voce *Deus* intelligendum esse, negamus. Ut enim Smiglecius constat, voce Dei verum & summum Deum significari: sic nos patrem significari contendimus. cum pater solus sit verus & summus Deus. Deum autè patrem dici posse sanguine proprio ecclesiam acquisivisse, figurato loquendi modo, pariter contendimus. Quia scilicet sanguis Christi totus singulari ratione Dei fuerit. Et, ut ipse Christus, agnus Dei appellatur: sic etiam sanguis istius Agni, sanguis Dei appellari jure potest. Et licet hæc loquendi ratio non sit familiaris & trita in sacris literis, non est tamen vel absurda vel falsa: imò ista figurata locutio, ré, de qua sermo est, multò vividius exprimit, quàm si dictum esset, Deum ecclesiam per sanguinem filii sui ac-

Joh: 17. 3.  
1. Cor: 8. 6.

quisi-

nt, ac si  
o Iohan-  
in eum,

per ci-  
commu-  
am fieri  
t, Deum  
da erant  
nprimis  
. Quod  
cipi pos-  
sert in  
langent  
m, ut do-  
sse præ-  
m inter-  
hoc non  
hiben-  
, & cum  
t. Com-  
quàm de  
olentem  
suadeat,

uine.

ed Chri-  
im Smi-  
nificari:  
verus &  
o eccle-  
s. Quia  
, ut ipse  
ni, san-  
non sit  
vel falsa:  
us expri-  
ii sui ac-  
quili-

quisivisse. Et præstat sanè figuratum loquendi modum, ad intelligen-  
dum facillimum, admittere, quàm rem non tantùm absurdam, sed e-  
tiam blasphemam, in Christi religionem sacrosanctam introducere,  
qualis est, quòd Deus ille unus & summus, sanguinem habuerit, quo  
vix aliquid turpius dici de Deo potest. Quanquam nullo etiam modo  
contemnendum est illud, quòd Syriaca versio loco *Dei*, habet *Christi*.  
Hinc enim colligi potest, vel hanc vocem vel ei similem extitisse, in  
exemplaribus quibusdam. Quod etiam Beza confirmat, qui ait, in  
quinque exemplaribus legi, Domini & Dei. Quod si verum est, quis  
non videt, de Domino, qui est Iesus Christus, propriè id dictum esse,  
de Deo verò impropriè dici posse? Lectio etiam, quam Licinius, cer-  
tè non tanquàm suam, attulit, licet mihi non probetur, tamen multò to-  
lerabilior est sensu illo, quam verbis Pauli subesse contendit Smigle-  
cius. Præstat enim semper duram admittere locutionem, quàm articu-  
lum fidei constituere multis modis improbandum & detestandum.  
Quod idem etiam de Ochini sententia dico, quanquam ne scio quid  
is ea de re sentiat, præter id quod hic Smiglecus ascripsit. Chri-  
sti enim sanguinem patris Dei voluntate pro nobis fustum esse, nihil  
absurdi continet: At Deum illum unum, sanguinem proprium habu-  
isse, tantùm non est Deum abnegare. Nam quæ Smiglecus huic ex-  
plicationi (quam tamen ego non omnino approbo) objcit, hoc modo  
etiam sanguinem taurorum & vitulorum ex Dei voluntate fustum, di-  
cendum esse sanguinem Dei, inò & sceleratorum hominum sangui-  
nem, cum ex justitiæ divinæ mandato funditur, sanguinem Dei fo-  
re. Denique sanguinem Christi fore sanguinem demonum & Pharisæ-  
orum, quia eorum voluntate effusus sit, ista omnia ingenii sophis-  
tici Smiglecii indicia tantùm sunt: rem autem ipsam non tangunt.  
Nam dicere posset Ochinus, se non tantùm dixisse, Christi sangui-  
nem Dei sanguinem appellari, quòd voluntate patris fustus sit, sed  
quòd *pro nobis*, nempe redimendis, fustus sit, Dei voluntate. Hoc verò  
nec de tauris & vitulis sub lege, nec de sceleratis hominibus dici pos-  
se. cum nec istorum nec horum sanguis pro nobis redimendis fun-  
datur. Diversam porò esse voluntatem demonum & Pharisæorum,  
& voluntate Dei. Illorum enim voluntatem, malitiam ipsorum fuisse:  
at Dei voluntatem, ipsius gratiam significare, quemadmodum etiam  
vox voluntatis vel beneplaciti interdum accipitur. Hæc verò non i-  
deo scribo, quòd prorsus Ochini sententiam approbem: sed ut osten-  
dam, nihil habere Smiglecium, quo istam Ochini sententiam jure re-  
fellat. Nunc, quod Socinus hac de re scripsit, & ego paulò ante etiam  
dixi & declaravi, defendendum suscipiam.

Præstat figuram  
admittere, quàm  
absurdum dice-  
re.

Varia lectio loq̃  
Acti 20.

In audi-

Inauditum esse, ait primum Smigl., Christi sanguinē dici Dei Patris sanguinem, aut nos Dei patris sanguine redemptos. Imò cum redemptio nostra Deo patri tribuitur, additur per Christum, vel sanguinem ejus, nō verò per sanguinem Dei patris. At hæc responsio infirma est. Hinc enim non sequitur, id falsum esse vel impossibile, sed tantum, rarum esse & insolitum. Potest autem id, quod rarum & insolitum est, verissimum esse, si scilicet cum analogia Christianæ religionis conveniat, & aliquo modo excusari possit, quem etiam suprâ explicavimus. Nec quicquam impedit, quominus communiter propriè dicatur, Deum patrem per Christum vel sanguinem Christi nos acquisivisse: semel autem dicatur impropriè, Deum patrem nos suo sanguine acquisivisse.

Deinde ait, non quomodocunque hoc loco dici sanguinem Dei, sed proprium Dei, id est sanguinem autem nusquā dici alicujus proprium, nisi vel sit naturalis vel à natura profectus. Sed vana est ista Smiglecii consideratio duplici de causa. Prior est, quòd vox Græca ἰδ, & aliud nihil significet plarumq; quàm vox *suis*, & perinde etiam sic ab interpretibus versa est, ut Ioh: 1. n. sui cum non receperunt. Qui fornicat, in suum corpus peccat, utrobiq; enim est vox Græca ἰδ, &. Altera est, quòd sanguis Christi sanguis Dei appellari potest, etiam si non naturaliter a patre proficiscatur, quia scilicet, operatione potissimum patris miraculosa, sanguinem illū suum Christus habuerit. Christum enim secundum humanam generationem patrem non habuisse, quàm sit ab omni verissimilitudine alienum, in refutatione Monstrorum a Smiglecio confictorum fuisse demonstratum est. Denique ait, nullam legitimam afferi rationem, cur sanguis Christi dici debeat hoc loco sanguis Dei. Quia verò, præter id, quod modò dixi, Socinus etiã docuerat, qua ratione legitima id dici possit, Quia scilicet Deus sanguinē Christi, ut suum, possederit, & pro nobis eum dederit, respondet in hunc modum, Nulla possessio extrinseca facit, ut sanguis alicujus esse dicatur, nisi possideatur ab eo naturaliter, tanquam quid ad naturam ejus, qui eum possidet, spectans. Sic animam & corpus non dicimus esse ullius, qui ea naturaliter non habet. At primùm ineptè sanguinis mentionem facit Smigl., cum de sanguine sermo est. Nam ostēdo eo, quòd res similes sanguini, possint dici esse alicujus, qui tamen eas naturaliter non possideat, jam constabit, nihil Smiglecium dicere. Nonnè verò disertè Paulus ait, Glorificate Deum in spiritu vestro & corpore vestro, quæ sunt Dei. Quemadmodum igitur spiritus & corpus fidelium, Dei sunt, quia Deus ea singulari ratione possidet: sic etiam Christi sanguis

2. Cor: 6. 19.

1. Cor: 6. 20.

sangu  
posse  
ci po  
affe  
imò e  
Eto D  
do v  
bus,  
quoc  
dicit  
spiri  
perfe  
ci po  
geni

guin  
sangu  
Chri  
datu  
cūm  
aliqu  
dend  
Pote  
eum  
stun  
glec  
actu

T  
est. I  
enim  
dicit  
ven  
Deu  
re, s  
re, a

i Patri  
emptio  
ejus, nō  
Hinc e-  
rarum  
t, veris-  
veniat,  
us. Nec  
ir, De-  
isse: se.  
ine ac-

sed pro-  
um, nisi  
ci con-  
liud ni-  
o inter-  
icat, in  
era est,  
n natu-  
um pa-  
tum e-  
t, quā  
orum a  
que ait,  
eat hoc  
us etiā  
us san-  
espon-  
licijus  
aturam  
us esse  
s men-  
o, quōd  
aturali-  
né ve-  
ore ve-  
elium,  
Christi  
anguis

sanguis Dei sanguis appellare potest, quia cum Deus singulari modo possederit. Quod enim de corpore, id etiam de parte corporis dici potest. Quā operā etiam refutatum est illud, quod pro absurdo affert Smiglecius, nempe omnium etiam sceleratissimorum sanguinem, imò etiam omnium pecudum, dici posse sanguinem Dei, cum sit sub perfecto Dei dominio, possessione, potestate, ut possit eo uti, quocumque modo velit. Alia enim ratione dicitur de piorum corporibus & spiritibus, quòd Dei sint, quā de impiorum: Imò hac ratione negatur quodammodo, aliorum hominum spiritus & corpora Dei esse, cum dicitur, fidelium corpora & spiritus esse Dei. Iam si Christi populi spiritus & corpora sunt Dei, qui tamen nec ita a Deo genitus, nec ita perfectè cum Deo unitus est, ut Christus, quid, de Christi sanguine dici posse, dubitemus, cum Dei esse, qui & miraculosissimo modo a Deo genitus, & perfectissimo modo cum Deo unitus fuit?

Ad alterum respondet Smiglecius: Deum dare pro peccatis sanguinem Christi, si rigide loqui velimus, falsum esse. Deum enim patrem sanguinem Christi non dare, sed accipere. Sed error est Smiglecii, qui Christum datum fuisse credit alio tempore, quā quo sanguis ipsius datus fuit. Tum enim Christum datum fuisse testantur sacræ literæ, cum sanguis illius effusus fuit: & vox dandi non talem dationem, quæ aliquem accipientē requirat, significat, sed idem valet, quòd vox tradendi, quia scilicet eū Deus impenderit, ut nostræ salutis consuleretur. Potest autem aliquis tradi, in mortem scilicet, etiam si nemo sit, qui eum accipiat. Patrem porro sanguinem Christi accepisse, & Christum Patri sanguinem suum obtulisse, duo magni sunt errores Smiglecii & Ecclesiæ illius, de quibus in refutatione Monstrorum, & alibi actum est.

Ioh. 3. 26.

## CAPVT XXV.

## De tribus nostrorum argumentis.

TRIUM argumentorum nostrorum adversus ficticiam incarnationem solutionem audiamus. Argumentum nostrum primum est. Deus pati & mori non potest. Ergo nec caro vel homo fieri. Caro enim passibilis est & mortalis. Solutio Smiglecii est: Deus in natura divina nec pati nec mori potest: at in natura humana utrumque Deo convenire potest. Neque enim, cum Deum in natura humana mori dicimus, Deum desinere volumus, aut detrimentum aliquòd naturæ divinæ subire, sed mortem in humana natura, quæ per mortem dissolvitur, excipere, ad Deumque eo solo nomine spectare, quòd is, qui naturam humanam suā sub-

Argumentum 1.  
nostrorum.Solutio Smigle-  
cii.

Refutatio solu-  
tionis.

Deum mori posse  
dici non debet.

suâ subsistentiâ sustentat, Deus est, seu quod ille homo est etiam Deus. Appello hic iudicium tuum, benevolè lector, an aliquid respondere possit Smiglecius, nisi contra omnes respondendi leges perfricta fronte peccet, petendo scilicet id, quod est in principio. Pandit nobis ecclesiæ suæ placita, & illa pro responsione ad argumenta, ex ipsis sacris literis & sana ratione petita, sufficere credit, apud eos, qui litem ecclesiæ istî movent, & erroris eam multiplicis accusant. Præterea hoc omisso nihil tamen proficit. Nondum enim ostendit, quomodo Deus mori possit, quod ostendendum illi erat. Cùm enim mori non sit, nisi suppositorum vel personarum: natura verò humana, persona vera non sit, ut ipsemet paulò infra fatetur, sed divina tantùm natura personam constituat, parumnè liquet, nullo modo dici posse, Deum in natura humana mortuum esse, nisi simul dicatur, divinam naturam mortuam esse. Hæc verò quanta est blasphemia? Contraria in diversis subjectis esse posse, quod ulterius assertit Smiglecius, nemo negat, imò, contraria ad constitutionem ejusdem subjecti nonnunquam concurrere, non diffitemur, ut in homine videmus animam & corpus convenire: Sed hoc nihil ad rem facit. Conveniunt enim hæc omnia, tanquam partes ad totum. Partes autem totius contrarias esse nihil impedit: Sed in Christo non conveniunt duæ naturæ contrariæ, ut partes, testibus ipsis adversariis, sed sunt duæ substantiæ essentiales. Deus enim una est substantia: homo altera. Et porro quemadmodum anima unita corpori, nec corpus dici potest, nec ratione uniti corporis mortalis: sic nec Deus, etiam si uniatur homini, caro dici potest, neque, ratione carnis, dici mortalis. Quod quidem tanti ponderis est, ut nulla ratione illud movere queat Smiglecius, nisi ad suos errores redeat, & dicat, alia ratione unitum esse Deum cum carne, quàm animam cum corpore. Deum scilicet ita, ut subsistat in carne, suâque divinâ subsistentiâ faciat, carnem subsistere. Sed hic modus subsistendi, qui tamen nullo nititur fundamento, & otiosorum hominum frivolum & putidum est commentum, alius erroris, quo vix gravior esse potest, origo & causa est. quòd scilicet Christus homo non erit verus aut perfectus. Quod ipsemet Smiglecius tandem fatetur, dum ait: *Componi in unum non possunt, quæ sunt omni modo perfecta, sed ut minimum alterum imperfectum esse oportet. Sic natura hominis perfecta ex duabus imperfectis, anima scilicet & corpore conflatur, & omne totum ex partibus suis constituitur. Quocirca neque humana natura venire in compositionem cum verbo posset, si esset omni modo completa & perfecta, hoc est, si suam naturalem subsistentiam haberet: imò ea propterea nititur verbo, ut suam ultimam perfectionem a verbo accipiat,*

qua

quã in mundo existat. Non est igitur natura humana in verbo ita perfecta, ut omnem suam naturalem perfectionem habeat. Caret enim naturali perfectione subsistendi, & ejus loco supernaturalem & divinam subsistendi rationem accipit a verbo. Idcircoque nec personæ rationem completam habet, nisi ex verbo. Est enim persona hominis illius divina non humana, sicut & subsistentia. Quæ verba omnia ideo ascripti, ut, in quid tandem ista concertatio desinat, pius lector videat, nempe naturam humanam in Christo imperfectam esse, & personam veram humanam, Christum non fuisse; & nisi hoc dicatur, nulla ratione defendi istud mysterium, si Deo placet, incarnationis posse. Iam verò quomodo sacra scriptura & veritas divina vim magnam non patitur, dum contra manifestissima ejus testimonia, quibus Christum hominem esse affirmat, tantum non negatur, eum esse verum hominem. Quomodo enim verus homo is esse potest, in quo non est natura humana perfecta, & qui persona humana non est? Auditumne unquam est, hominem verum eum appellari? Permittitne id ulla ratio sana? Ita scilicet lusus in divinis rebus hostis humani generis juratus, ut vix ea vera esse possint, quæ sacræ literæ disertissime affirmant, præ illis, quæ de suo ad Christi religionem assuit. Hominem aliquem appellari, qui non sit verus & perfectus homo, qui non habeat naturam perfectam humanam, & non sit persona humana perfecta, est, negare eum esse hominem; nec ullus loquendi modus tale quid admittit, nec exemplum ullum dari potest. Et quantò hoc rectius consideratur, tantò magis error esse absurdissimus simul & perniciosissimus apparebit. Nam præterea, quæ jam dicta sunt, quomodo spes humani generis non vacillabit, si Christus non est verus homo, si non habuit perfectam naturam humanam, si persona hominis Christi non humana fuit, sed divina? cùm ad spem gignendam hoc imprimis requiratur, ut is, in quo spes immortalitatis proponitur, per omnia, quoad naturam nostri similis sit, & talis prorsus persona sit, quales nos sumus. Nonne hic est spiritus Antichristi, qui negat, Iesum (esse) Christum, qui in carne venit? Videant igitur, quid faciant illi, qui, nisi negent, Christum humanam naturam perfectam habuisse, & personam hominis perfectam fuisse, placita sua tueri nequeunt. Non hic laborandum erat, ut doceretur, quòd Christus alio modo homo sit, quàm nos. hoc enim ad nostram consolationem Deus extare omnino voluit; & ut homo sit is, qui naturam perfectam non habet, & persona humana non est, nulla admittit scriptura, nulla ratio: sed in eo desudandum erat, ut doceretur, Christum alio modo Deum esse, quàm est Deus ille unus, nempe non naturam aut personam, sed di-

Homo verus non est sine persona humana.

Spei nostræ in eo fulcrum est, quòd Christus est verus homo, & humana persona.

1. Joh: 4. 7.

gnitate & munere. Hoc enim & sacrae literae & ipsa ratio fieri posse testantur. Non omnis enim, qui Deus est, naturam Deum est, aut persona est divina: Sed omnis, qui homo est, naturam humanam perfectam, ut habeat, & persona humana ut sit, prorsus necesse est.

Argumentum 2.  
nostrorum.

Solutio Smigle-  
cii.

Refutatio soluti-  
onis.

2. Argumentum nostrorum est. In Deum nulla cadit mutatio. At si Deus fieret homo, mutaretur nova substantiali perfectione acquisita. Non igitur potuit Deus fieri homo. Solutio Smigleccii, vel potius Theologorum ipsius, multis quidem verbis concepta est: Sed verba nihil proficiunt. Summa rei est. *Deo competere mutationem activè non passivè; & quando dicitur, Deum hominem esse factum, id non ita intelligi, quasi aliquam à natura humana acceperit perfectionem, sed eam potius naturæ humanæ communicarit.* Sed nodus non solvitur. Nam si id accessit ad naturam divinam, quod antea in ea non erat, firmum manet, in Deum cecidisse mutationem etiam passivè. Præterea non tantum is mutatur, qui aliquam aliunde accipit perfectionem, sed etiam is, cui aliquid, quantumvis imperfectum, in natura accedit: imò tantò indignior aliquo est mutatio, quantum id, quod illi accessit, imperfectius est. Exemplum animæ Smigl. nihil juvat, imò pro nobis facit. Anima enim, quando jungitur corpori, eatenus mutari dici potest, quatenus antea, cum extra corpus esset, nullam virtutem exercere poterat, & ita quodammodo nihil per se subsisterat: juncta verò cum corpore omnes operationes exercere potest. Pari ratione Deus, ante quam homo fieret, operationes humanas, quales sunt, affligi, pati & mori, exercere non poterat: factus autem homo, eas exercere demum potuit, & sic est mutatus.

Argumentum 3.  
nostrorum.

Solutio Smigle-  
cii.

Refutatio soluti-  
onis.

3. Argumentum nostrorum est. Si Deus esse homo, statuerentur erunt duo filii Dei. Vnus æternus & immortalis, alter in tempore natus & mortalis, cum tamen Paulus neget, se scire alium Christum, nisi crucifixum. Solutio Smigleccii est repetitio otiosa eorum, quæ antea tum alibi, tum in hoc ipso capite dixerat, idque cum ista sua crassa fallacia petitionis principii, nempe *æternum illum & immortalem Dei filium factum esse hominem mortalem, & illum hominem, esse filium Dei naturalem. & cum Deus dicitur factus homo, eo ipso concludi, Deum esse eundem in homine. Hominem enim illum non naturam sed personam & subsistentiam esse Deum. Quod si Deus & homo, uti naturis sunt distincti, ita & subsistentiis essent distincti, procul omni dubio non unum esse, sed duos, duasque perfectas personas.* Quæ omnia quàm sint erronea, jam antea indicatum est. Nam si Christus homo verus est, naturam humanam perfectam habeat, & persona humana perfecta ut sit, necesse est. Non datur enim nec ex sacris litteris, nec ex sana ratione, alia hominis



minis veri consideratio. Si Christus homo perfectâ habet humanam naturam, & si Christus est perfecta humana persona, necessarium est, aut duas esse personas in Christo, & duos Dei filios, aut Christum non habere divinam naturam, nec divinam esse personam. Quoniam verò prius illud falsum est prorsus, hoc posterius verum esse constat. Et bene habet, quòd ipsemet Smiglecius fatetur sub ipsum finem cap. & duas naturas individuas, fore duas personas, si diversas subsistentias habeant. Hoc ipso enim sententiæ suæ errorem prodit, dum naturam individuan credit esse posse sine sua subsistentia, quod contradictionem implicat. Nam, quod est natura individua, illud subsistentiam habet: Quod subsistentiam non habet, natura individua esse non potest.

## CAPVT XXVI.

*De variis Socini, ex libello, quem Examinationem argumenti pro Trino & uno Deo omnium potissimi, vel certè usitatissimi, inscripsit, argumentis.*

**H**Oc Capite Smiglecius iterum varia Socini argumenta, ex libello, quem examinationem argumenti pro trino & uno Deo inscripsit, diluturum se promittit. Quæ licet ab ipso Smigl. in Monstris, quæ vocat, Ariani sui, ut ipsemet hic fatetur, sint tractata omnia: libet tamen, in gratiam lectoris, compendiosè repetere, ut responsio ad hunc libellum sit integra. Notandum autem in primis est, Smiglecium injuriâ, argumenta Socini ista appellare, ad quæ responsionem ipse parat, cum ad argumenta adversariorum in libello isto Socinus respondeat. Nam ut rem ordiar, sic ea se habet: Argumentantur adversarii ex eo, quòd Christus appellatur Deus, Deus autem unus tantum est, Christum esse illum unum Deum. Ad hoc respondet Socinus, docendo vocem *Deus*, duobus potissimum modis accipi. Significare enim tum eum, qui ita est Dominus omnium, ut neminem habeat superiorem, & a nemine pendeat: tum eum, qui ab illo uno Deo imperium habet, vel divinitatis est particeps. Quia verò Christus hoc posteriori modo Deus est. Deus enim ideo est, quia Pater eum sanctificavit & miserit, vitiosè ex eo, quòd Christus sit Deus appellatus, colligi indicat, eum esse unum Deum. Ad hæc quid Smiglecius? Loco refutationis legitime, docere nititur, duobus modis nomen Dei in scriptura accipi, propriè & Metaphoricè. *Propriè*, ait, *Dei nomen, verum Deum significare, verum porro Deum esse solum illum, qui essentia Deus est, & propterea etiam summum & independentem, & propter eandem rationem colendum esse & adorandum, quòd divina essentia sit divini cultus propria.*

*Argumentum  
adversariorum  
Solutio Socini.*

*Responsio Smiglecii.*

Refutatio respō-  
sionis Smigleccii.

Distinctio Smi-  
gleccii Socis Des  
falsa.

Cultus divinus  
sub novo Fædere  
debetur etiam  
homini Iesu unâ  
sum Deo.

*pria. Metaphoricè Deos esse, qui aliquam Dei similitudinem participant. Hos verò non esse veros Deos, neque pro diis adorari posse. Idem etiam de cultu divino statuendum esse, nempe neminem coli posse divino cultu, qui essentiam divinam non habeat, & hinc tandem infert, aut Christum verum Deum non esse, & coli a nobis divino cultu non posse, aut si id admittatur, necesse esse fateri, ipsum esse illum unum cum patre Deum. Qua in re quàm turpiter hallucinetur, & quàm malè se gerat Smigleccius, judicet pius & eruditus lector. Equidem hominis ingenium hîc valdè miror. Nam nec directè nec obliquè distinctionem Socini, quam in voce Dei ostendit, oppugnat; & ea, quæ de Christi divinitate ex loco Ioh: idem affert, intacta prorsus hoc in loco relinquit. Vnde constat, immota ea omnia stare, quæ Socinus dixerat. Opponere autem distinctionem novam, & significationes diversas vocis Deus, distinctioni jam a Socino allatæ, quid est aliud, quam conflictum declinare? Quæ tamen distinctio Smigleccii non omnino vera est. Nam ubi analogicè duobus aliquid convenire ostenditur, ibi non est locus propriæ & metaphoricæ significationi. Vtraque enim significatio analogica propria est, quamvis una alterâ sit excellentior. Vt, exempli gratiâ; si quis dicat Pharaonem & Iosephum administratores fuisse regni Ægypti, non rectè Pharaonem id propriè, Iosephum impropiè fecisse, dici potest, sed utrumque propriè id fecisse dicendum est, licet alter altero superior ea in re fuerit. Et quantò minor est inter analogica comparatio vel similitudo, tantò etiam plùs aberit alterum ab altero. Vt, si dicam, Solem & candelam lucere, soli hoc perfectissimo modo, candelæ verò imperfectissimo (respectu solis) tribuitur, & tamen utrique propriè: Sic etiam, quando Dii appellantur Angeli & homines, licet multùm differat ipsorum divinitas a Dei illius unius divinitate, tamen propriè Dii esse & divinitatem propriè habere dici debent, & vox ista metaphoricè, in illis nullum verum locum habet. Porro quòd verus Deus is sit solum, qui essentiâ Deus est, quàm falsum sit, alibi docuimus. Nec per exempla, quæ affert Smigleccius de auro & homine, probari potest. Voces enim hominis & auri non nisi essentiam hominis & auri significare possunt: At vox Dei non essentiam propriè, sed dignitatem significat; & non proprium, sed appellativum, ut vocant, nomen est, quòd omnibus illis competit, quicunque divinâ potentiâ sunt præditi: Deo autem uni, figurato loquendi modo, per excellentiam scilicet, tanquam proprium tribuitur. Quia scilicet ille summam habeat potentiam, eamque a seipso.*

Cultum verò divinum, præter unum illum Deum, Christo homini etiam competere sub novo Fædere tam est obvium, ut, tantùm  
non vo,

non  
deat  
Mon  
am,  
Deo  
pacer  
illa C  
tura,  
eula  
num  
Iesu  
quan  
bi Ch  
pso in  
Iesu  
Mart  
bus p  
norat  
pe di  
cum  
non a  
si pol  
omne  
illum  
Patre  
ternâ  
quia  
Duas  
ipse S  
Deus  
auter  
  
sed n  
nalog  
tat,  
spon  
bet es  
los v  
veru  
Deu

non volentem eum in meridie cæcutire, dici possit, qui illud non videat aut intelligat. De quibus omnibus fusè egimus in refutatione Monstrorum Smiglecianorum. Quorsum enim, ut alia multa taceam, istæ novæ & antea inauditæ salutationes & vota, quibus tam a Deo patre, quàm a Domino nostro Iesu Christo precantur gratiam, pacem & misericordiam viri divinissimi, Apostoli? Quorsum nova illa Cantio, quâ, & sedenti in throno & Agno, tribuitur ab omni creatura, quæ in cælo est & in terra & in mari, benedictio, laus, honor in secula seculorum? Et si ulla ex re, quantum Satanus in mentibus hominum corrupendis effecerit, in primis ex hac constat, quòd, homini Iesu Christo a Deo exaltato cultum divinum non deberi, nisi per quandam ridiculam & ficticiam idiomatum communicationem, orbi Christiani jam pridem persuasit. Hoc, hoc est illius virus, quod ab ipso initio in Christum evomebat, dum excitabat eos, qui negabant Iesum (esse) Christum, qui in carne venit, quod, quia aperto hodie Marte tractare non audet, per cuniculos tamen agit. Interim hominibus persuadet, se Christum hominem plùs honorare, quàm eum honorant veri cultores Dei, quia alienâ subsistentiâ sustentetur, nempe divinâ. Hanc verò, ubi inquisieris, nullam esse agnosces; et sic unâ eum ista ficticia divina subsistentia, Christum ipsum etiam tantum non amittes. Sed vivit, vindex veritatis suæ, Deus, & eam tandem, quasi post liminio revocatam, universo mundo commendatam efficiet, ut omnes agnoscant, Vnum esse Deum, patrem, ex quo omnia, & nos in illum; & unum esse Dominum, hominem Iesum Christum, unâ cum Patre colendum & adorandum ab omnibus, quicunque ad salutem æternâ aspirant. Verus ille unus & summus Deus, Christus esse nequit, quia Christus homo naturâ est, & persona humana, ut sit necesse est. Duas verò substantias perfectas in unum componi non posse, supra ipse Smigl: fassus est: Et tamen cultus illi divinus debetur, tum quia Deus ita velit, tum quia divina potestate præditus sit. Potestatem autem semper comitatur honor.

Ad id porro, quod Socinus dixerat, Christum, esse verum Deum, sed non æquè verum ac patrem, & Deum esse, non æqui vocè sed analogicè, ita ut, ratione excellentissima, vox Dei, Deo summo cõpetat, minùs verò excellenti, aliis qui Dii appellantur, suo more respondet Smiglecius: *Verum Deum ab essentiâ dici, & eum, qui non habet essentiâ divinam, nullo modo verum Deum esse. Alioquin omnes illos veros Deos futuros, qui Dii appellantur, cum tamen tantum unus verus Deus esse dicatur in sacris literis. Sed fallitur Smiglecius, dum verum Deum ab essentiâ præcisè dici putat, nec ulla id ratione probari potest.*

Vox.

Vox Deus digni-  
tatis est non es-  
sentiae.

Vox enim Deus dignitatis nomen est, non essentiae; & quicumque veram divinitatem. hoc est, veram potestatem divinam habet, is suo modo verus Deus est; & porro, quia ista dignitas Deo illi summo, nempe patri, qui essentiam etiam divinam habet, perfectissimo modo competit, ideo solus verus Deus appellatur.

Vox Deus non  
metaphoricè  
Christo tribui-  
tur.

Æquivocè Christum & alios, qui Dii appellantur, Deos esse, quia essentia illis hæc non conveniat, parum rectè asseritur. Æqui vocatio enim est, ubi nomen duntaxat manet idem, significatio verò mutatur. Vt cum ursus dicitur & anima, terrestris & syderis caelestis. At in voce *Deus*, Christo & aliis tributa, non tantum nomen manet, sed etiam id, quod vox ista verè significat. Manet enim vera divinitas, quam omnes ii, qui Dii appellati sunt, & inter eos in primis Christus, habet, licet ea divinitate, quam Deus ille unus habet, sit inferior. Quæ ista analogia est, de qua Socinus loquitur, cum scilicet id, quod uni competit perfectissimè, alteri vel alijs competit suo modo. Ad quam dum Smiglecius, suo more, picti hominis exemplum accommodat, vix seriò rem agere videtur. Quid enim homo pictus, qui nullo modo homo dici potest, (ut partim vox *pictus* voci homini addita prodit, partim res ipsa evincit, cum nec animam, nec corpus habeat) cum homine vivo commune habet, præter solum nomen & externa delineamenta? Dum verò simili modo Christum Deum esse, respectu illius veri summi Dei, quo homo pictus homo est, respectu hominis vivi, videat ipse, quid agat. Nobis enim in rebus divinis cavillationibus uti, religio est. Veram divinitatem, eamque talem & tantam habet Christus, ut pater neminem judicet, sed omne iudicium dederit filio, ut omnes honorificent filium, sicut patrem, & qui non honorificat filium, non honorificet patrem. Verus igitur Deus noster est & erit Christus: Pater verò verus itidem Deus est & erit, & solus quidem, quia veram divinitatem solus perfectissimo modo & ex seipso habet, & Christo eandem dedit. Et nihil profusus est, quod Smiglecius iterum atque iterum dicit, Scripturam tantum summum Deum, verum Deum appellare, reliquos verò, qui Dii appellantur, isto nomine non dignari, ad evincendum, quod solus summus Deus sit verus Deus. Nam & eadem scriptura summum Deum, solum sapientem, beatum & immortalitatem habentem esse asserit, & neminem aliū eo nomine dignatur: & tamen alios etiam verè sapientes, beatos & immortales esse & fore concedit. Quia scilicet summus Deus solus a seipso talis sit, reliqui omnes Dei beneficio tales sint & futuri sint.

Eodem loco habendum est, quod de cultu Christo tribuendo denuo addit, eum scilicet Christo non deberi, nisi sit ille unus Deus.

Iam e-

Iam enim  
ob datu  
cinus d  
in loc  
bam, qu  
quidem  
satis est  
Deo, ex  
potesta  
so creat  
cini ve  
tantum  
nus, ad  
se lign  
quid c  
profic  
at, is  
erat cu  
ut Chr  
profec  
nec est  
ab eo,  
betur  
ta vis  
dè &  
mento  
scribat  
tet. Sic  
de Chr  
tur, D  
tionis  
ta pot  
ration  
hanc p  
profec  
no, se  
gnum  
Solid  
qui ve  
ritate

Iam enim probatum supra a nobis est, cultum illum Christo deberi, ob datum illi, & datum a patre, omne iudicium. Quod idem dum Socinus dicit, mirum est, quam stomachabundus in eum invehatur hoc in loco Smiglecius. Quod ut ad oculos pateat, verba Socini ascribam, quæ sic habent: *Nam præterquam quod ad divinum cultum, & quidem ei similem, qui ipsi creatori debetur, Christo homini exhibendum, satis est, sic creatorem iussisse, ut certè iussit, cultus etiam alicui, ut vero Deo, exhibendi propria & necessaria causa est divinum imperium atque potestas, quam nihil prohibet in re creata ei similem inveniri, quæ in ipso creatore est, ex beneficio videlicet creatoris.* Ad quæ pertinet alia Socini verba, quibus hoc idem repetit & amplificat, quorum partem tantum Smiglecius recitat & exagitat. nempe eam, quæ docet Socinus, ad cultum Christo tribuendum, satis esse, si Deus id præcipiat, & se lignum vel lapidem adoraturum, ait, si Deus id præciperet, & quicquid cultus & adorationis illi ligno vel lapidi tribueretur, id in se proficisci, ultrò agnosceret. Quam justè autem hoc Smiglecius faciat, is intelliget, qui unquam scriptum Socini legerit. Res enim illi erat cum Volano, qui unà cum Socino affirmabat, Deum præcepisse, ut Christus adoraretur, & quicquid cultus Christo tribueretur, id in se profectum esse, ultrò agnoscere. Ex quo Socinus concludit, Christum nec esse illum unum Deum, cum is, qui aliquid præcipit, diversus sit ab eo, de quo aliquid præcipitur; nec adorationem, quæ soli Deo debetur, cum Christi adoratione ullo modo pugnare. Et simul, quanta vis sit præcepti divini, explicaturus, ista verba addidit, quæ & stolidè & impiè dicta esse Smiglecius affirmat quidem, sed nullo id argumento comprobatur, ut mox videbimus. Prius enim ea verba Socini ascribam, unde integra sententia illius, quam etiam supra ascripsi, patet. Sic igitur ait, post ista verba, quæ Smiglecius exagitat. *Quid igitur de Christi adoratione dicemus, cum non solum, ut adversarius ipse fateatur, Deus præceperit, ut illum adoremus, & quicquid cultus & adorationis illi tribuatur, id in se profectum ultrò agnoscat, verum etiam tanta potestate, majestate & gloria eum donaverit ac decreverit, quin nulla ratione fieri possit, ut a nobis divina ratione colatur & adoretur, Et hanc potestatem, majestatem & gloriam Christi deinceps prolixè prosequitur. Iam verò quomodo stultè & impiè dictum esse a Socino, se, si Deus id præcipiat, & id in suam gloriam cedere, agnoscat, lignum vel lapidem adoraturum, comprobet Smiglecius, videamus. Stolidum, inquit, Deum facit, quòd juberet possit eum pro vero Deo coli, qui verus Deus non sit, sed lignum, stipes aut lapis, quod a sapientia, veritate, justitia ceterisque divinis perfectionibus quàm longissimè abest.*

Hypothesis natu-  
ra.

Non omnis ado-  
ratio par est.

*Per se enim absurdum est, ei divinum cultum tribuere, qui nullam divini cultus causam in se habet, estque eo honore indignissimus.* Sed primum hæc Socini verba per hypothesin dicta esse, nemo non videt; & hypothesin nihil ponere, imò in ea falsa esse dici posse, docti docent. Deinde plus loquentem facit Smiglecius Socinum, quàm loquitur. Nec enim ait Socinus, Deum posse jubere, ut lignum pro vero Deo colatur, sed tantum, ut adoretur vel colatur. Datur autem cultus & adoratio præter eam, quæ vero h. e. uni Deo debetur. Voluit fortasse hac ratione te gere dolum, qui in eo est, quòd ipsi met Pontificii ligna & lapides colunt & adorant, dum imagines sanctorum ornant, coram illis procumbunt, candelas accendunt, & alia horum similia faciunt, etiam si nullum præceptum divinum ea de re habeant, quòd scilicet, dum ista faciunt, non pro veris diis ea habeant. Quasi verò ad excusandum idolatriam faciat, homines vel res mortuas non habere pro veris diis, & non satis sit, si qualicumque modo cultus & adoratio illis tribuatur, ejus generis, cujus ea est, quæ Deo tribuitur? Et tamen illud jure facere posse, imò etiam teneri, pontificios, nos persuasum habemus, si ea de re expressum extaret Dei præceptum. Nam ut ut absurdum alicui videretur, fieri tamen posset, ut Deus rationem haberet, cur id fieri vellet. Quemadmodum sub veteri Federe multa Deum præcepisse videmus, quæ nunc nos a divinis perfectionibus quàm longissimè abesse intelligimus, & tamen tunc necessario Deus observari ea voluit; & quemadmodum etiam videmus, Pontificios credere, causam esse, cur ecclesia ipsorum præceperit, vel etiam a Deo præceptum sit, ut imagines colantur, quæ non nisi lapides aut ligna aut res certè mortuæ esse possunt, ita ut mirum sit, hominem Pontificium, Deum id præcipere non posse, affirmare, quod ipsemet contra Dei præceptum facere non dubitat. Et sanè, si stolidi & impia est devotio ejus, qui, si Deus ita juberet, lignum vel lapidem adorare vellet, qualis erit devotio illius censenda, qui lignum vel lapidem adorat, quòd Deus non præcepit, imò interdixit?

Non sequitur autem, quòd affirmat Smiglecius, Deum imperare posse, ut idola & omnia inferorum monstra, dæmonesque pro diis veris habeantur, & colantur, si Deus possit præcipere, ut lignum vel lapis colatur & adoretur. Nulla enim causa dari potest, cur idolis & dæmonibus cultus divinus tribuatur, quæ dari potest, cur lapidi vel ligno tribuatur: nec fieri potest, ut is cultus in Deum proficiscatur, qui idolis & dæmonibus tribueretur. Ista enim omnia per se & naturam suam pugnant cum cultu divino: At lapis & lignum non naturam suam pugnat,

gnat,  
tere p

P

divin

anim

adora

præci

trum

que c

tur, &

sulta

impe

vino

pit.

quitu

eo, q

di, lo

perio

am in

nom

refel

giture

do,

sanct

catio

mun

que

con

veni

missi

am n

eret

hac

pau

nen

si in

aliqu

sis

gnat, sed res media est, quam ad hunc vel illum usum Deus convertere potest.

Porrò, quam instituit interrogationem, si dicatur ex præcepto divino deberi alicui cultum, an scilicet divinitas aliqua sit adoranda, an imperium divinum, an nihil, hæc uno verbo expediri potest. Id adorandum esse, quod Deus adorare jubet, idque vel ideo, quia Deus præcipiat, vel quia divinitate præditum sit, tantò verò magis, si id utrumque in uno conveniat, quemadmodum in Domino Iesu utrumque convenire videmus. Nam & Deus præcepit, ut Christus adoraretur, & ipsa Christi divina potestas digna est, quæ adoretur.

Accidit autem hic Smiglecio, ut alienis verbis, injustè tamen, insultans, ipsemet gravissimè impingeret. Nam quæ Socinus de divino imperio, quod is habet, qui adoratur, intelligit, hoc Smiglecus de divino imperio, quo præcipitur, ut quis adoretur, imperitè nimis accipit. Cùm enim de imperio ejus, qui præcipit, ut aliquis adoretur, loquitur Socinus, non imperii voce sed præcepti utitur: Cùm verò de eo, quod causa est, ut ait, propria & necessaria cultus alicui exhibendi, loquitur, non præceptum, sed imperium nominat, & cum isto imperio conjungit potestatem, quam nihil impedire ait, quo minus etiam in re creata sit similis ei, quæ est in creatore.

His ita absolutoris, Smiglecus fatetur, se redire ad duplicem illam nominis Dei a Socino allatam acceptionem, & duo in ea notanda & refellenda esse ait. Satis quidem serò, sed an benè, videamus. Alterù igitur est, quod contra id, quod Socinus dicit, Christum posteriori modo, quo vox Deus in sacris literis accipitur, Deum esse, quia a Patre sanctificatus & in mundum missus sit, affirmat, *istam Christi sanctificationem & missionem demonstrare, Christum esse verum, hoc est, summum Deum.* Rationes affert. 1. Quod sanctificatio illa intelligenda sit, quæ Christi in mundum adventum antecessit, quæ illi, non ut homo est, conveniebat, sed antequam esset homo, & antequam in hunc mundum veniret. Missum autem esse in mundum, cùm factus est homo. 2. Quod missio in mundum indicet, eum antea alibi fuisse, nempe in celo, unde etiam missus dicitur, & hinc consequi, eum fuisse in celo, antequam homo fieret. Sed hæc omnia partim in refutatione Monstrorum, partim in hac ipsa responsione nostra supra satis prolixè tractata sunt, ideoque paucis verbis hîc nos expediemus. Sanctificationem Christi, missionem illius in mundum antecessisse, confitemur: sed missionem Christi in mundum, esse illius nativitatem, negamus. Imo mitti in mundum aliquem posse negamus, qui priùs non sit in mundo. Hæc enim phrasîs muneris obitionem significat. Unde etiam missi in mundum dicuntur

Lapsus Smigle-  
cii.

Sanctificatio &  
missio quid sint

Ioh: 17. 18.

cuntur Apostoli, ita ut Pater Christum miserat. Munus autem nemo obire potest, qui nondum exiit. Porro licet Christus de cælo venisse dicatur, tamen non tunc proprie missus fuit, cum de cælo venit. Sed is, qui de cælo venit, missus esse tunc dicitur, cum muneri suo ob-eundo præfectus fuit, aded ut Christus, etiamsi nunquam in cælo fuisset reipsa, tamen mitti in mundum potuerit.

Quomodo soli  
Deo cultus debe-  
atur.

Alterum, quod notandum & refellendum esse dixit Smiglecus, est, quod contra id, quod Socinus ait, Christum quidem esse Deum, sed non illum unum, opponit, *Christum non quacunq[ue] ratione Deum dici, sed talem Deum, cui divinus cultus debeatur.* Hunc verò nemini de-beri, præter illum unum Deum teste Christo, Mat: 4. 10. Sed & hoc refutatum est in responsione ad Monstra, nempe 1. Deum solum adorandum esse Mat: 4. non dicitur, sed additamentum est Smiglecii. Deinde etiamsi diceretur, verba Christi non pro præcepto Evangelico, sed legali habenda sunt, quæ *μικτικὸς* Christus affert, pro illo præfertim tempore. nondum enim tunc Christus eam potestatem consecutus erat, ob quam ei debetur adoratio; nec ad repellendum Satanam alia opus erat responsione, quam eâ, in qua contineretur, cultum Deo deberi. Hinc enim necessariò sequebatur, injuriâ illum sibi arrogasse Satanam. Denique solus Deus adoratur, etiamsi Christus etiam adoretur. Quia omnis adoratio, quæ Christo tribuitur, in Deo terminatur; & etiamsi Christus adoretur, tamen semper Deus adoratur, licet modus adorandi Deum mutetur.

## CAPVT XXVII.

*De aliis tribus argumentis.*

Argumentum Socini.

Solutio Smiglecii.

Refutatio soluti-  
onis.

Iterum trium Socini argumentorum solutio promittitur. Argumentum Socini primum tale est. Deus est unus. Ergo non est trinus aut binus. Constat autem inter omnes, & scriptura passim testatur, patrem Christi esse ipsum Deum: Sequitur ergo necessariò, nullum alium, quam patrem Christi; esse hunc unum Deum. Solutio Smiglecii est. Ex eo quod Deus est unus, concludi posse & debere, non esse binum aut trinum illa ratione quâ unus est. Malè autem assumi, si Christus sit idem Deus cum patre, fore binum Deum, hoc est, duos Deos. Verissimum enim esse, quod Christus dixit, *Ego & pater unum sumus, ut, V num, ad naturam, sumus, ad personas referatur.* Et deinde *V num* Deum esse ait, quoad divinitatis essentiam & naturam. Plures verò dici esse, *filium & patrem, quoad personas.* Sed hæc antiqua cantilena est Smiglecii: Cujus eum jam tandem pudere debebat. Quasi scilicet detur ratio aliqua, quâ



quâ Deus non sit unus, nempe personarum. Cùm tamen hoc necessarium contradictionem implicet. Nam multiplicatis personis in Deo, essentias etiam & naturam multiplicari necesse est. Cùm persona aliud nihil sit, quàm essentia individua intelligens. Christum & patrem esse unum omnes fatemur: sed Iesum Christum hominem. Homo autem Christus Iesus nec est persona divinitatis, qualem fingit Smiglecius, nec unum naturâ cum patre esse potest. Unum autem est vel voluntate vel potentiâ, ut prolixè in refutatione Monstrorum demonstratum est. Quid verò fiet Spiritu sancto, cuius & hîc & alibi, nescio quo sine, oblitus esse videtur Smiglecius? Quis enim unquam probare potuit, eum esse personam, vel ita appellari in sacris literis? & tamen sine eo trinus in personis Deus esse non potest.

Quod enim hîc pro argumento affert Smiglecius, *Deum unum solum pro Deo colendum esse: Scripturas autem non solum Patrem, sed & filium & Spiritum sanctum pro Deo colendum predicare, & ita tres personas illum unum Deum decernere*, in eo duplex est vitium. Primum enim, etiamsi filius, qui est Christus, colendus sit, hinc tamen non sequitur, eum pro Deo, scilicet summo, colendum esse. Colendus enim est, tum quia Deus pater præcepit, tum quia potestatem ei divinitatis dedit. Quod utrumque, Christum Deum summum non esse, evincit. Pater enim neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. De Spiritu verò sancto, quemadmodum non legitur, eum personam esse, sic nec usquam dicitur, eum pro Deo, eo sensu, quem Smiglecius sequitur, colendum esse. Et satis habuit Smiglecius hoc ita nudè asserere, nullâ probationis vel notâ additâ. Ut scilicet vel hinc agnoscas, quàm vanum sit illud de tribus in una Dei essentia personis commentum.

Secundum Argumentum Socini est. Ex illis ipsis locis. in quibus expressè traditur, Deum esse unum tantum, non pauci sunt, ubi dicitur, hunc unum Deum, esse patrem illum omnium, vel patrem Christi, ut Iohan. 17. 3. *Hæc est æterna vita, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* 1 Cor. 6. 8. *Nobis unus est Deus, ex quo omnia, & nos in ipsum. & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos in ipsum.* Ephes. 4. 6. *Unus Dominus, unus Deus & pater omnium.* Vnde concluditur, Christum, qui in omnibus illis locis a patre distinguitur, & quidem, quantus quantus est, non esse illum unum Deum. Ex hoc argumento duo facit Smiglecius. Nam secundum ex loco Ioh 17. tertium ex loco 1. Cor. 8. necit, non animadvertens, loca hæc duo, imò etiam tertium simul, esse probationem ejus, quod di-

Causæ cultus divini in Christo.

Argumentum Socini 2.

Lapsus Smigleccii.

Cum fuerat, locos in scriptura non paucos esse, ubi dicatur, Deum illum unum esse patrem omnium vel Christi. Aut igitur tria argumenta erant constituenda, siquidem ex singulis locis argumenta conficere voluit Smiglecius: aut, si ex tertio loco argumentum conficere noluit, vel etiam confici non potuit, nec ex secundo loco argumentum erat novum conficiendum. Sed hæc Smiglecius & lector eruditus viderint. Nos, quid ad hoc argumentum respondeat, videamus. Primum ait, *Christum non dicere, solum patrem esse verum Deum, sed patrem esse illum solum verum. Vocem enim, solum, ad prædicatum, Deum, non ad subjectum, patrem, referendum esse, ob articulum unum, quo duæ voces solum & verum cum Deo conjunguntur.* Sed vanum est effugium. Nam differentia inter istas duas locutiones, Solus Pater est verus Deus, & Pater est ille solus verus Deus, nulla vera est, nisi pro concessio sumatur, alium quempiam esse etiam verum Deum, nempe  $\alpha\tau\epsilon\sigma\chi\eta\nu$ , præter Patrem, & ita tacite principium petatur, quod, quantum sit in disputando vitium, novit Smiglecius. Deinde verò falsum prorsus censendum est, vocem *solum* in verbis Iohannis ad prædicatum pertinere. Sequeretur enim, Christum dicere, hanc esse viam, vitam æternam consequendi, si cognoscant homines, quod Pater sit ille solus verus Deus, quod, quomodocumque accipiatur, falsum esse vel hinc constat, quod talis cognitio absque divinatorum præceptorum observatione (sine quatenus nemo Dominum videbit) contingere possit, ut ipsa testatur experientia. Itaque verba, illum solum verum Deum, non id, quod de Patre cognoscendum est, sed Patrem, qui cognoscendus est, describunt, & cum voce Patris per appositionem, quam vocant, coherent. Describunt autem Patrem isto modo, quod is solus sit verus Deus, modo scilicet excellentissimo. Quemadmodum etiam in sequentibus verbis, voces, additæ ad Iesum Christum, nempe *quem misisti*, non id, quod de Iesu Christo cognosci debet, exprimunt, sed eum, quem cognoscere unâ cum Patre debemus, describunt & commendant. Quid verò sit Patrem & Christum cognoscere, aliunde petendum est. Hinc porro constat, vocem *solum* non ad Deum, sed ad Patrem referendam esse, ut etiam alibi, cum de Deo dicitur, *solum habens immortalitatem*, verba ista ita converti possunt, imò debent, qui solus habet immortalitatem, ut vox *solum* ad subjectum, quod est Deus, non verò ad prædicatum, quod est, habens immortalitatem, referatur. Et talem verborum Iohannis sensum esse, ut scilicet solus Pater verus Deus statuatur, complures Patres & ipsam Bellarminum sentire, prolixè docuerat Statorius. ad quæ, suo more, conniver Smiglecius. Hinc denique patet, quàm vana sit Smiglecii,

Solutio Smigleccii i.

Refutatio Solutionis.

De loco Ioh: 17. 3.

2. Tim: 6. 16.

151  
glec  
nio,  
refer

ci ad  
tre.  
ta ill  
bat o  
port  
sit, n  
tum  
Chri  
intel  
hæc  
est. S  
esse

cludi  
cludi  
Deus  
sunt  
clud  
anni  
nio a  
tur,  
Chri  
de p  
est.  
per  
quid  
tur s  
per  
Paul  
tem  
sum  
liter  
per  
qual  
in ep  
dicio

glecii, de articulo uno duabus vocibus Solus & Verus præposito, opinio, cum scilicet constet, vocem *solus* non ad Deum sed ad *Patrem* referri posse.

Deinde ait, *admisso eo, quod solus pater dicatur verus Deus, hoc dicit ad excludendum idola, non Christum, qui est ejusdem naturæ cum patre.* Sed & nos illud libenter admittimus. Quis enim tunc portenta illa, de tribus, in una numero essentiâ Dei personis, vel somniabat quidem. Itaque vi horum verborum rejici possunt, non minùs portenta ista, quàm falsi illi Dii. Cum enim verus Deus, unus tantùm sit, nempe pater: Filius autem & spiritus sanctus, pater non sint, certum est, nec Filium nec spiritum sanctum, esse illum verum Deum. Christum esse ejusdem naturæ cum patre eo sensu, quem Smiglecius intelligit, hîc nullo modo dici debuit, cum id controversum sit, & hæcenus à nemine probari potuerit. Natura enim Dei, numero una est. Si verò Christus ejusdem naturæ sit cum patre, jam numero una esse desit, quod impossibile est.

Tertiò ait, *Filius appellatur unus Dominus, nec tamen pater excluditur à dominio. Spiritus sanctus solus dicitur spiritus, nec tamen excluditur pater & filius, qui etiâ spiritus est. Ergo licet solus pater verus Deus appelletur, non excluditur tamen filius.* Sed hæc omnia infirma sunt. Primùm enim quid mirum est, si a dominatione Christi non excludatur pater, si quidem ille unus Deus est. Nam qui supremus omnium dominus est, (quod est, unum Deum esse) quomodo a dominio aliquo excludatur? Deinde dici potest, si res penitiùs introspectiatur, Deum patrem excludi ab illo dominio, quod Christo tribuitur. Christo enim tribuitur dominiû tale, quòd per eum omnia. At hoc de patre, eo sensu, quo de filio dicitur, dici non posse, suprâ ostensum est. Nemo enim per patrem aliquid operatur, ut certum est, patrem per filium operari. Porro patrem & filium spiritum esse, concedi quidem potest, sed longè alia ratione, quàm spiritus sanctus appellatur spiritus. Pater enim & filius spiritus sunt, quatenus sunt substantiæ per se existentes spirituales: Pater à se ipso; Filius ex dono patris, ut Paulus ait, Adamum novissimum factum esse in spiritum vivificantem: Sed spiritum Dei sanctum, talem substantiam esse, prorsus falsum est: idque præter alia multa argumenta, ex eo ipso, quòd in sacris literis spiritus ille appellatur sanctus, costare potest. Nam si spiritus persona est divina, quid opus erat hoc epitheton ei addere, sanctus? quasi scilicet persona divina possit esse non sancta. Quemadmodum inepetè diceretur, Pater sanctus, Filius sanctus. Tacitè autem, ista additione *sancti* ad vocem *spiritus*, indicatur, alium etiam dari in Deo spiritum,

Solutio 21

Refutatio illius,

Solutio 3. Smigleccii.

Refutatio illius,

Spiritus sanctus  
non est persona.

Spiritum, qui non sit ita præstans & singularis, ut is est, qui sanctus, sub novo præsertim fœdere, dicitur. Vnde porrò necessariò sequitur, quia diversa datur Spiritus Dei consideratio, ita ut alius sanctus sit, alius hoc nomine ita propriè insigniri non possit, quia scilicet non tam singulares producat effectus, atque is, qui sanctus appellatur, spiritum Dei non esse aliquam personam vel aliquem Deum, distinctum ab illo cujus est Spiritus, (essent enim, ut diversi Spiritus, sic etiam diversa, adeoque plures in Deo, cujus est is Spiritus, persona), & porrò nullo modo Spiritum eo sensu dici posse Patrem & filium, quò Spiritus sanctus.

Ad id, quòd Socinus dixerat, Christum Ioh. 17. distingui ab illo solo vero Deo, & ita excludi ab illius divinitate, nempe essentiali, affert Smiglecius primùm Catholicorum contrariam sententiam, quæ est, quòd Christus se conjungat cum Deo patre, ita ut sensus sit, ut cognoscant, & te & quem misisti esse solum verum Deum, idque & sermonem Latinum ferre ait, adducto simili loco, 1 Corint. 9. Nunquid ego solus & Barnabas, non habemus hanc potestatem, idque & rem ipsam exigere videri: Nempe quia in cognitione patris & Christi æquè sit posita vita æterna, æquè utrumque verum Deum dici. Aliàs si Christus nolisset se ipsum intelligi Deum, additurum fuisse, & hominem Iesum Christum. Et hoc esse Tertulliani argumentum. Sed hoc nimis puerile est commentum, & hodie ferè ab omnibus Trinitariis spernitur, & jure quidem, Quis enim non videt, conjungi patrem & Christum, non quòd uterque sit ille solus verus Deus, sed quòd & patrem & filium cognosci oporteat, ut sensus sit: Hæc est vita æterna, ut cognoscant, te scilicet patrem, qui solus es verus Deus, & cognoscant etiam, quem misisti, Iesum Christum. Deinde ut ut sermo Latinus (quæ consideratio in verbis, quæ Græcè scripta sunt, non minus puerilis est) talem constructionem patjatur, introducetur hac constructione alienus a veritate sensus, quod etiam paulò antè indicavimus. Nec enim verum esse potest, vitam æternam, hoc est, viam perveniendi ad eam, esse, si quis cognoscat, Patrem vel etiam Christum esse illum solum verum Deum, quod hîc præcisè dicitur: Sed via ad æternam vitam, est, cognoscere Patrem, qui solus est verus Deus, & cognoscere Iesum Christum, quem Pater ille misit, ita ut verba, qui solus es verus Deus, & quem misisti, sint descriptiones Patris & filii, quem cognosci oporteat. Cognitio autè Dei Patris & Christi potissimùm in voluntatis illius cognitione consistit. Locus 1. Cor. 9. nihil huc facit. Nam ibi Barnabas disertè nominatus est, & ita excludi non potuit, sed includitur, & vox  $\mu\acute{o}\nu$  & voci Ego anteposita est, cui statim nomen Barnabæ per

Vindicatio loci  
Ioh. 17. a glossis  
Smigleccii.

bæ per  
ad Barn  
vitam æ  
est, æq  
ter eni  
Tertul  
est, alit  
repete  
Deus n  
tunder  
quem n  
telligit  
nuncia  
is nullo

De  
conce  
ne Dei,  
posita  
re, qu  
firmat.  
Christi  
hi aus  
endum  
æterna  
verus  
sectam  
addit,  
set. Po  
Christi  
rio hor  
vit & c  
tis. Co  
ra, vita  
manda  
glecii  
iterum  
Respon  
nequit  
latam,

bæ per

ha per simplicem copulam conjungitur, ita ut vox *solus*, non minus ad Barnabam, quam ad Paulum pertinere possit. Quanquam verò ad vitam æternam pertinet cognitio & filii & Patris: tamen non necesse est, æquè prorsus eam pertinere, imò contrarium ipsa verba docent. Alter enim, est ille solus verus Deus: alter ab illo missus. Ista denique Tertulliani conjectura, quam puerilis etiam est? Nonne enim satis est, alibi dictum esse, Iesum esse hominem, ut hinc necesse fuerit illud repetere, vel addere? Nam qui semel homo appellatur, is nunquam Deus naturâ esse potest. Præterea, nonne Christus id dixit, quòd tantundem valet, ac si dixisset, hominem Iesum Christum, cum dixit, *quem misisti*. Quis enim mitti potest a Deo, eo modo, quem hinc intelligimus, nisi homo? Cum mitti aliud nihil sit, quam ad salutem annunciandam mitti, ut supra docuimus; & Deus, nempe ille unus, esse, is nullo modo possit, quem Deus ille unus misit.

Deinde verò hac puerili responsione absoluta, aliam affert, & concedit, eum distingui ab illo vero Deo, *quia non tantum in cognitione Dei, quâ Deus est, sed etiam in cognitione hominis Christi vita æterna posita est*. Sed dum hoc dicit Smiglecius, non animadvertit, se id dicere, quod causæ illius prorsus adversatur, nostram verò mirificè confirmat. Nam si in cognitione non tantum Dei, sed etiam hominis Christi vita æterna sita est, quomodo alibi tam graviter in nos invehi ausus est, qui affirmamus, Christo homini divinum cultum tribuendum esse? Deinde quomodo in cognitione hominis Christi vita æterna sita esse potest, siquidem, ex mente Smigleccii, Christus homo verus & perfectus non est? non habet enim naturam humanam perfectam, nec persona humana perfecta est. Frustra autem est, quòd addit, *quæ (vita æterna) in eo non poneretur, nisi homo ille Deus esset*. Potest enim, alia de causa, consistere vita æterna in cognitione Christi hominis, præter eam, quòd sit Deus ipse, quæ est, quòd cognitio hominis Christi, quæ in cognitione eorum, quæ Christus revelavit & consecutus est, consistit, sit cognitio ipsius Dei & ejus voluntatis. Cognitio autem voluntatis divinæ, qualem exigit sacra scriptura, vitæ æternæ causa est necessaria. Hinc illa Christi verba: *Scio, quod mandatum ejus (nempe Patris) est vita æterna*. Ratiuncula verò Smigleccii evilesimæ sunt, quibus hominem Iesum Christum Deum esse iterum docet. Nullius, ait primùm, *rei creatæ cognitio vita æterna est*. Respondeo. Quatenus creata res est, cognitio ejus, vita æterna esse nequit: At quatenus res creata divinam voluntatem perfectè revelatam, & absolutam salutis æternæ potestatem habet, necesse est omnino

Quare in cogitatione Christi hominis vita æterna sita sit.

Ioh: 12. 50.

mnino, eum, qui vitam æternam consequi velit, rem istam creatam cognoscere.

*Christus, ait iterum, Iesum se appellat, id est, salvatorem. Salvare autem non potest nisi verus Deus.* Respondeo. Salvare non potest, ex seipso, nisi verus, hoc est, summus Deus: At, si Deus ille summus velit, potest etiam alius servare. Alioquin Deus non esset summus. Velle autem Deum, ut alius nos servet, præter se, ita certum est, ut res probatione non egeat: *Pater enim neminem judicat, sed omne iudicium dedit filio; & iterum: Pater dedit filio potestatem iudicium faciendi, quia filius hominis est.*

Joh: 1. 22, 27.

*Christus, ait ultimo, in Patre includitur, qui, secundum scripturas, est æqualis Patri. Quare sicut Pater est verus Deus, ita & ejus filius, ipsi per omnia æqualis, est verus Deus.* Respondeo. Æqualis est Christus Patri, sed non per omnia, ut de suo addit Smiglecus, nec esse potest per omnia æqualis. Iam enim duæ essent naturæ & essentia divina, cum unum ex iis omnibus, quæ Pater habet, sit essentia.

Rationem, cur Spiritus sanctus prætermisus sit in hoc loco, talem porro affert Smiglecus: *De Patris & filii tum autoritate potissimum agebatur. Quocirca ii tantum commemorati; Spiritus vero sancti autoritas, aliis deinceps documentis & effectibus demonstrata est. Quanquam in Patre & filio tanquam spiritus utriusque communis, ipse quoque spiritus sanctus intelligendus est.* Attende lector cordate, quomodo deficiant veræ & directæ responsiones Smiglecium. Quæritur (ut Smigl. ait) quare Spiritus sanctus omissus sit, in loco quem præ manibus habemus, qui omitti nec potuit nec debuit, si est tertia divinitatis persona? Respondet Smiglecus, quia de Patris & filii tum autoritate potissimum agebatur. At hoc ipsum quæritur, quomodo de Patris & filii autoritate, (ut cum Smiglecio ita loquamur) agi potuerit tantum, cum de modo consequendi vitam æternam sermo est, siquidem tam necessaria est cognitio spiritus sancti ad vitam æternam, quam est necessaria cognitio Patris & filii, quemadmodum vulgò creditur, & symbolum habet Athanasii? Causa certe nulla alia esse potest, quam quòd spiritus sanctus non sit ulla persona, cujus scilicet cognitio ad salutem æternam requiratur. Quantumvis autem, ut porro astute ait Smiglecus, aliis deinceps documentis & effectibus demonstretur, *authoritas spiritus sancti*: tamen id omne parum est, ad demonstrandum, eum esse divinam personam, quod de eo demonstrandum est Smiglecio. Potest enim non tantum personæ sed etiam rei autoritas demonstrari; & demonstratio ista tantum docet, Spiritum sanctum esse rem divinam, de qua erudiri, & cujus participem esse oportet.

Quare omissus sit  
Spiritus sanctus,  
Johan: 17.

oportet  
tillime  
baptiz  
baptiz  
filii. I  
rum u  
positu  
ex me  
fariò,  
lo mo  
terea  
mune  
scilicet  
Patri  
in alte  
vina c  
3. A  
apert  
Christ  
omni  
glecic  
tatem  
Pauli  
patre  
& do  
domi  
quod  
Christ  
esse a  
mus,  
Deo  
esse u  
quæ  
ut nu  
enim  
num  
nos p  
Christ  
nos s  
quen

oporteat eum, qui salutem æternam consequi velit, quod nos libentissimè totum concedimus. Novimus enim, tam necesse esse, ut quis baptizetur in spiritum sanctum, quemadmodum necesse est, ut quis baptizetur in Patrem & filium, vel, quod idem est, in nomen Patris & filii. In Patre quoque & filio, spiritum etiam sanctum, tanquam spiritum utriusque communem, intelligendum esse, nihil prorsus ad propositum facit. Hac enim ratione & filius omitti potuisset, quippe, qui, ex mente Smiglecii, non secus in Patre habitat naturaliter & necessariò, quàm spiritus sanctus, aded ut nominato vero Deo, filium nullo modo excludi paulò antè dixerit: & tamen hìc nominatus est. Præterea parum est, spiritum sanctum, tanquam spiritum utriusque communem, intelligi, ad id quod Smiglecus sentit de spiritu sancto, ut scilicet sit persona divinitatis tertia. Potest enim intelligi, ut virtus Patris & filio communis & in utroque degens, in altero naturaliter, in altero Dei gratiâ & beneficio, ut re ipsa degit, quod de persona divina dici non posse constat.

3. Argumentum Socini, ut vult Smiglecus, est. Paulus. 1. Cor. 6. 8. apertè docet, unum Deum esse patrem ex quo omnia, qui etiam a Christo distinguitur, quatenus Christus est unus Dominus, per quem omnia. Non igitur Christus est ille unus Deus, qui pater. Solutio Smiglecii est, eaque non sine scommate. *nam vel ignorantiam vel temeritatem miram nostram esse affirmat, quòd non advertamus, hoc in loco Paulum neque unum Deum se jungere, à Christo, neque unum Dominum à patre. Hoc enim demonstrare eum constituisse, nobis non esse plures Deos & dominos, sed unum Deum & unum Dominum. Quod si alius Deus & dominus esset pater, alius Christus, jam esse duos Deos & duos dominos, quod totum institutum Pauli evertat, ita ut necesse sit dicere, Patrem & Christum, esse unum Deum & unum dominum.* Ego verò dico, facilius esse aliquem carpere, quàm rationes idoneas, cur id fiat, afferre. Dicimus, Paulum se jungere unum Deum a Christo, & unum Dominum a Deo patre. Hoc enim verba præ se ferunt, dum primùm dicit, nobis esse unum Deum, & deinde addit, nobis etiam esse unum dominum, quæ propria se junctionis nota est. Deinde ita describit unum Deum, ut nullo modo, unus dominus, de quo hìc loquitur, esse possit. Unum enim Deum, patrem illum esse ait, ex quo omnia & nos in illum: unum verò Dominum, ait, esse Iesum Christum, per quem omnia & nos per ipsum. Qui verò pater est, is nullo modo Iesus Christus; nec Christus Iesus, vicissim Pater esse potest: Ex quo item & in quem nos sumus, is nullo modo esse potest ille, per quem omnia & per quem nos sumus, & vice versa. Hæc enim differentiam inter patrem

3. Argumentum  
 Socini.

Solutio Smigle-  
 cii.

Refutatio soluti-  
 onis.

& filium constituunt specificam, quam vocant, quæ in eo est, quod pater salutis æternæ (ad hanc enim vox omnia hoc in loco referenda est.) prima causa sit, & ultimus finis: Christus verò ejusdem causa media, quatenus scilicet eandem salutem primus mundo annuntiavit, & tandem Dei nomine eam omnibus credentibus daturus est. Ad quæ quid responderet, non habuit, nec hinc nec alibi Smiglecus. Quod enim ait istas particulas, *Per quem omnia*, Deo patri etiam alibi tribui, id jam aliquoties dilutum est, & ostensum, alio modo patri id competere, alio Christo. Patri quidem eo modo, quod id non tantum causa efficiens sit omnium rerum, de quibus sermo est, sed etiam quod ab ipso instrumenta etiam, per quæ aliquid fit, proficiscantur, ab eoque omnem suam vim sumant, imò quod illis Deo nullo modo egeat: Christus verò eo modo, quod Deus per eum tanquam per instrumentum operetur, quod etiam alicubi expressè additur, quo modo de Deo nunquam dicitur, per eum esse omnia. Adde quod alibi, cum de Deo simul dicitur, quod ex eo & per eum omnia, tantum tanquam diversa ista considerantur: At hoc in loco tanquam adversa vel opposita. Quemadmodum etiam, in ipsum & per ipsum, invicem opponuntur, & sicut de uno & eodem eadem ratione dici nequit, quod & per ipsum & in ipsum sumus: sic etiam de uno & eodem dici nequit, quod ex eo omnia, & nos per ipsum.

Rom: 11, 26.

Fallit porro Smiglecus, dum ait, Paulo propositum esse demonstrare, non esse plures Deos & dominos, sed unum Deum & unum Dominum. Quasi verò nos dicamus, Paulum docere duos esse Deos & duos Dominos, & non potius unam cum Paulo confiteamur, tantum unum esse Deum, & tantum unum esse Dominum, hoc est, duos esse, quibus divinitas & cultus a Christi populo debeatur. Aliud autem est, duos esse, qui nobis Christianis colendi sint, & aliud, duos esse Deos & duos dominos. Qui enim Dominus unus est, is, nullo prorsus pacto, unus Deus esse potest: & qui Deus unus est, dominus unus similiter non est, si exactè rem consideremus, quantumvis certo modo, is, qui unus Deus est, unus etiam dominus dici possit. Quia scilicet nullum sit dominium, quod in una divinitate patris non contineatur, de quo supra egimus.

Ad locum Ephes. 4., ubi dicitur disertè & distinctè, unum esse Dominum, & unum Deum & Patrem omnium, nihil prorsus respondet Smiglecus, cum tamen non minus validus sit, ad demonstrandum patrem omnium, esse Deum unum: Christum verò nullo modo, ut pote qui pater omnium non sit. Vnde ipsius magna saltem negligentia apparet. Tantum dicit, Paulum hoc in loco, sine talibus particulis,

culis, (e  
num, &  
culis, a  
Vbi r  
sunt. P  
ces ex q  
culis in  
adem d  
quàm v  
& unum  
quàm i  
qui (est  
modo  
minus  
Hinc e  
mniun  
jus), eu  
temeri  
am & p

Sed j  
Stū S  
Et loc  
Christ  
contro  
tunc su  
non su  
sanctu  
gumen  
rum es  
ligi. A  
sed tan  
argum  
ris ac j  
ment  
ritum  
quod d



culis, (ex quo omnia, per quem omnia) affirmare, esse unum Dominum, & unum Deum & patrem, ita ut nihil mysterii in talibus particulis, ad distinguendum Deum à Domino, in esse existimandum sit. Vbi rursus eadem Smiglecius artes, quibus alibi etiam utitur, notanda sunt. Paulus, ait, *hic omisit, de uno Deo loquens & de uno Domino, voces ex quo omnia & per quem omnia. Ergo, nihil mysterii in illis particulis inest.* Acumen admirandum. Quali scilicet ubique necesse sit eadem dici, & nisi dicantur ubique, mysterii nihil in eis sit. Sed porro quàm verum est, Paulum absolute affirmare, unum esse Dominum, & unum Deum & Patrem. cùm de uno Deo plura dicat hoc in loco, quàm in loco ad Corinth. Addit enim, *Vnus Deus & Pater omnium, qui (est) super omnes & per omnes & in omnibus nobis.* Denique quomodo argumentum Socini solvitur, quòd ibi, ubi Christus unus Dominus appellatur, unus Deus dicatur esse, is qui Pater est omnium. Hinc enim necessariò sequitur, siquidem Christus non est pater omnium, qui est super omnes. (Deus enim est super illum, ut caput ejus,) eum etiam non esse Deum unum. Ita scilicet, ubi ignorantiam & temeritatem aliis objecit Smiglecius, ipsemet, suam prodit scientiam & prudentiam, scilicet.

## CAPVT XXVIII.

## De reliquis Socini argumentis.

Sed jam audiamus reliquorù Socini argumentorù dilutionē. Quartum Socini argumentum est. Nomen Dei, quando in scriptura subiecti loci ponitur, solum Deum Patrem millies significat certissime. Christus verò vel Spiritus sanctus nusquam ita aperte & citra omnem controversiam appellatur: sed cùm nomen Dei Christo tribuitur, tunc subsistentiæ tantùm attributum significat, seu tunc Dei nomen non subiecti sed prædicati locum habet. Ergo Christus & Spiritus sanctus non sunt ille Deus. Responsio Smigleci est: *si hoc Socini argumentum esset inexpugnabile, duobus firmamenti niti deberet. Alterum est, Dei nomine, cùm subiecti loco ponitur, nunquam Christum intelligi. Alterum, quoties prædicati rationem habet, nunquam substantivè, sed tantùm adjectivè accipi. Vtrumque autem cùm falsissimum sit, fit, ut argumentum non inexpugnabile, sed stramineum sit, & nihil in se roboris ac firmamenti habeat.* Primum miror, cur Smiglecius & in argumento Socini formando, & in responsione sua ad illud, omiserit Spiritum sanctum. Idem enim de illo affirmat Socinus, quod de Christo, quòd scilicet nusquam Dei nomen, cùm subiecti locum habet, Spiritum

4. Socini argumentum.

Solutio Smigleci.

Refutatio solutionis.

Spiritus sanctus  
nusquam Deus  
dicitur.

Via dogma Trini-  
tatis evertendi.

tum sanctum significet, quod tamen fieri non posset, si idem Deus esset, qui Pater est. Omittendo aliquid, argumenta non solvuntur: Qui verò res non negligenter considerant, facile conjectare possunt, cur hoc fiat. Imò nec ita vox *Deus* de Spiritu sancto usurpata usquam invenitur, ut prædicati locum habeat, ut, exempli causâ, dicatur alicubi, Spiritus sanctus est Deus, quemadmodum aliquoties de Christo legimus: Sermo (qui est Christus) est Deus, vel Christus est Dominus & Deus noster, vel Christus, qui ex patribus secundum carnem, est Deus benedictus in secula. Unde constat, quàm sit falsa ista opinio, quæ Spiritum sanctum statuit esse eundem Deum, qui Pater est. Ex hoc verò rursus evidenter colligitur: Siquidem Spiritus sanctus nusquam Deus, ullo modo appellatur, aut duos esse naturâ Deos, vel duas tantum divinitatis personas: aut Christum non esse illum unum Deum. Istud prius quia absurdum est, ex mente etiam Smigl.: hoc igitur verum esse necesse est: & sic relinquitur, Patrem solum, quia vox *Deus*, quando subiecti locum habet, ei competit, Deum naturâ vel divinam ex se personam esse: Christum verò, quia vox *Deus*, quando prædicati locum habet, ei tantum competit, Deum munere & dignitate, vel divinâ dono Patris personam esse. Et hæc est via valdè expedita ad dogma Trinitatis funditus evertendum. Deinde nego, ad efficiendum, ut argumentum Socini sit inexpugnabile, necessariò requiri alteram illam conditionem. Satis enim est ad defendendum illud, Dei nomen, cum subiecti locum habet, illies Deum Patrem significare, omnium consensu. Cum verò Christo tribuitur, nunquam subiecti locum habere, sed semper prædicati. Hinc enim evidenter constat, Christum non esse illum Deum qui pater est. Nam si Christus & Spiritus S. essent idem Deus qui Pater, qui fieri posset, ut non eodem modo Dei nomen illis etiam tribueretur, saltem aliquando, quo Patri tribuitur, cum quo unus Deus esse creduntur a Smiglecio. Atque ita frustra se torquet Smiglecio in probando, quòd nomen substantivum prædicati vicem subire possit. Sed præterea, vel ipso Smiglecio teste, inexpugnabile est hoc argumentum. Certum enim est, nomen Dei, quando ipsam Dei subsistentiam significat, nunquam prædicati locum habere. Quod verò pro exemplo contrario affert Smiglecio ex 3. Regum 18. 21., *Si Dominus est Deus, sequimini eum*, id ipsum indicio est, quàm verum sit, quod diximus. Primum enim non ex novo Testamento allatum est exemplum, in quo vox Dei prædicati locum obtinens, tanquam subsistentiam ipsam significans, usurpetur, cum in veteri Fædere vox Domini, quæ est in Hæbreo, *Iehova*, illam Dei subsistentiam

stentiam  
procul  
cat, sec  
Iehova  
stare p  
gitur, u  
subiect  
compr  
vit Eca  
char: 2  
ex iis q  
tria loc  
um di  
us ipse  
ait: Eca  
am. S  
teri Fa  
latum  
stat, r  
Testat  
teri Fa  
demon  
sto loc  
pite in  
ercitu  
nemp  
Ration  
set, ne  
consti  
Domi  
tu me  
de cau  
codic  
bris n  
script  
refer  
possi  
um if  
cap. 2

stentiam significet, ut etiam hoc in loco videre est. Deinde vox Deus procul omni dubio hoc etiam in loco, non Dei subsistentiam significat, sed Iehovæ attributum, nempe illius potentiam, & sensus est: Si Iehova est ille summus omnium rerum Dominus, qui scilicet præstare potest, quod non potest præstare Baal, sequimini eum. Restat igitur, ut videamus quomodo prius illud, nempe Dei nomine, cum subjecti loco ponitur, nusquam Christum intelligi, falsissimum esse comprobet. Ait igitur se hoc demonstrare locis Act: 20. *Deus acquisivit Ecclesiam sanguine suo.* 1. Timoth: 3. *Deus apparuit in carne.* Zachar: 2. *Deus est crucifixus.* Hoc quàm verum sit, iudicet pius lector, ex iis quæ paulò antè ad ista loca respondimus. Deinde denuò afferet tria loca ex veteri Testamento, 1. est, Zach: 2. ubi Dominus exercituum dicat, se missum esse a Domino exercituum. 2. Esa: 53. 4. Vbi Deus ipse dicitur venturus & salvaturus nos. 3. Malach: 3. 1. ubi Iehova ait: *Ecce ego mitto Angelum meum & preparabit viam ante faciem meam.* Sed primùm in genere respondeo, mirum esse, Christum in veteri Fædere nomine Iehovæ, cum subjecti locum habet, esse appellatum: In novo verò Testamento, quod de Christo potissimum tractat, ne semel quidem id factum esse. Et potius ex eo, quod in novo Testamento id factum non est, colligi, jure posse, existimo, nec in veteri Fædere id factum esse. Deinde in specie dico, jam pridem a nostris demonstratum esse, nullum istorum trium testimoniõrum, de Christo loqui. Primum enim testimonium de Angelo altero in eodem capite introducto intelligi potest & debet, qui Angelus se a Domino exercituum missum esse ait, & narrat, quid Dominus exercituum dicat, nempe se missum vel potius mittendum esse post gloriam ad gentes. Rationes sunt, 1. Quia si vox *me* ad Deum exercituum referendum esset, non esset nominatus is, qui missurus esset, nec, quis is esset, liquidò constaret, quod absurdissimum censeri debet. 2. Quia ineptè diceret Dominus exercituum, *Qui vos tangit, tangit pupillum oculi ejus.* Certum enim est, per vocem *ejus* dominum exercituum intelligi. Quæ de causa etiam vulgò legunt *Me* contraveritatem Hæbrei & Græci codicis & emendationum Latinorum. Reliqua petet, qui volet, ex libris nostrorũ. Nec quicquam refert, quod plerumq; aliàs, quando in scriptura dicitur, *Hæc dicit Dominus*, verba, quæ Deus locutus est, referantur. Nam si rationes evidentes obstant, quominus aliquid dici possit, nulla consuetudinis habenda est ratio. Quanquam contrarium isti consuetudini simili exemplo a Socino ostensum fuerat, ex cap. 27. scilicet Ierem:, ubi ab ipso initio dicitur, *Verbum factum est*

Christus nunquã  
Dei nomine, cum  
subjecti loco po-  
nitur, significa-  
tur.

De loco Zach: 2.

ad le-

ad Ieremiam à Domino dicens: Hoc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula. Vbi scilicet vocem Me non ad Dominum priore loco nominatum, qui idem prorsus est cum Domino, posteriore loco nominato, sed ad alium, nempe ad Hieremiam esse referendam, quæ sequuntur verba, Fac tibi vincula, docent. Quod verò additur in loco Zachariæ, Ecce venio & habitabo in medio tui, & applicabuntur gentes ad Dominum in die illa, ea verba sunt Domini exercituum. Is enim jam introductus fuerat v. 10. ab illis verbis: Lauda & letare filia Sion. Unde etiam post verba, Ecce venio & habitabo in medio tui, interfecta sunt verba, ait Dominus, quæ, quo cum candore omiserit Smiglecius, videat cordatus lector. Sequentia autem, Et applicabuntur gentes ad Dominum, idem valent, ac si dictum esset, & applicabuntur gentes ad me, more loquendi hebraico, quo antecedens loco relativi ponitur, ut supra cap. 1. 17. cùm dicit, Adhuc clama dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc affluent civitates meæ bonis, & consolabitur adhuc Dominus Sion, idem valent, ac si dictum fuisset, Et ego consolabor adhuc Sion, Denique verba illa, Et scies, quoniam Dominus exercituum misit me ad te, ad Angelum iterum sunt referenda, qui idem de seipso dixerat v. 9. Talæ personarum mutationem, qui in lectione prophetarum non observat, eum gravissimè in multis errare oportet. Quamquã præterea ex toto hoc testimonio (admisso etiam Smiglecij sensu) aliud nihil probari potest, quàm Dominum exercituum missum esse a Domino exercituum. Cùm verò tam mitti dicatur Spiritus sanctus quàm Filius; imò tam mitti posse dicendum sit patrem, quàm filium & spiritum sanctum, siquidem idem sunt Deus, vel nihil inter eos est posterius, nihil prius, quomodo, quæso, hinc necessario colligetur, istum Dominum exercituum missum esse Filium, quod vult Smiglecius, non verò spiritum sanctum vel patrem?

De loco Esa: 53.

4.

De voce Ipse.

Alterum testimonium de Deo patre similiter accipi posse, nihil prorsus vetat. Deum enim venire, dici, cùm alius ejus nomine venit, tam est verum, ut ipsi adversarii id animadvertentes, omnem vim argumenti, non in vocabulo veniendi, sed in vocabulo ipse collocent. Sed & hoc nihil aliud significare, quàm præsens Dei auxilium, alia sacrarum literarum loca, in quibus ipsi Deo aliquid tribuitur, quod per alios fecit, disertè docent. Ut Deut. 1. 30. Ne timeatis eos, Dominus Deus vester, qui incedit ante vos, ipse pugnabit pro vobis, cùm tamen per alios id eum fecisse, præter ipsam rationem, sequentia verba testantur, secundum omnia ea, quæ fecit vobiscum in Ægypto vobis spectantibus. In Ægypto enim non ipse Deus per seipsum pro illis pugnavit, sed per angelum suum. Et cap. 31. 3. Dominus Deus tuus transibit,

*transibit, ante te, ipse delebit omnes gentes in conspectu tuo, & possidebit eas, cum tamen certum sit, Iosua procurante totum id factum fuisse, ut etiam mox sequentia verba testantur, Et Iosua iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus.*

Tertium denique testimonium ad rem prorsus nihil facit. Iure enim Iehovæ viam præparasse dici potest Iohannes, quando eam præparavit Christo, non quia Christus esset Iehova, sed quia Iehovæ personam suslinebat, & quia Deus in Christo erat. Nec quicquam proficit Smiglecus, cum negat, in scriptura extare, Deum in Christo venisse, quia in cælo semper manserit. Nec enim nos dicimus, scripturam ita loqui, sed tantum dicimus, hoc iure dici posse. Hoc verò an ita se habeat, ratio sana testatur. Potest Deus in cælo dici manere, quo ad essentiam, & tamen dici esse in aliquo, quatenus suam præsentiam in illo manifestat. Venit Deus ad Samuelem, & tamen ipsemet in cælo mansit, quia præsentiam suam per Angelum Samueli declaravit. Hoc modo David orat: *Excita potentiam tuam, & veni ut salvos nos facias.* cum tantum præsentiam Dei exhiberi vellet, ut verba præcedentia, *Excita potentiam tuam,* & sequentia, *Deus converte nos, & ostende faciem tuam & salvi erimus,* ostendunt. Idem Psal. 100. 2. ait: *Psallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.* Quæ verba sic Vatablus explicat, *Studebo, ut intelligam, quid mihi agendum, te docente & instituyente animum meum.* Sed quid opus est in re manifesta probationibus? Videat igitur cordatus lector, quo iure nobis hac occasione Smiglecus notam tam turpem inurere conatus sit, dum, sciens, quàm expeditam ad hæc loca omnia responsionem habeamus, & subolfaciens, nos ea omnia facillimè diluturos, nos ad scripturas pervertendas natos esse, calumniatur. Non ad pervertendas scripturas, sed ad evertendas pueriles & aniles Smigleci & Doctorum ecclesiæ Pontificiæ scripturarum sacrarum, non explicationes, sed contorsiones, non nati, sed alto Dei consilio excitati sumus, ut scilicet per ea, quæ non sunt, aboleantur ea, quæ sunt. Hoc dum, quantum Deus nobis virium concessit, facimus, ringitur cum suis Smiglecus, sed frustra. Omnibus enim tandem manifestum fiet, nihil sanum in ista, de Christi præternitate, opinione, quam Smiglecus tuetur, esse, & proinde omnia ea, quibus ista opinatio nititur, firmamenta straminea esse, quæ ignis verbi divini exuret.

5. Argumentum Socini est. Christus est illius unius Dei filius, ut etiam Spiritus sanctus, Dei Spiritus est. Ergo nec filius nec Spiritus sanctus, est unus ille Deus. Alioquin filius esset sui ipsius filius, & Spiritus sanctus

3. LOCUS

1. Sam: 3. 30.

Psal: 79. 30.

Argumentum  
Socini 5.

*Solutio Smigle-*  
*cii.*

*Refutatio solu-*  
*tionis.*

*4. Argumentum*  
*Socini.*

*Solutio Smi-*  
*glecii.*

*Refutatio solu-*  
*tionis.*

*7. Argumentum*  
*Socini.*

sanctus sui ipsius spiritus. Solutio Smiglecii est. *Filius distinguitur ab uno Deo personâ, non naturâ. Naturâ enim distingui non potest, cum non partem naturæ, sed totam patris naturam per generationem acceperit, personâ verò distingui debet, non enim sui ipsius, sed alterius est filius. Quocirca ex eo sequitur, Filium esse illum unum Deum, quoad naturam, non verò illum unum quoad personam. Cùm & in natura convenire & in persona distingui debeat.* Hoc totum verò quid est aliud, quàm crassa petitio principii & contradictio. Dari in Deo distinctionem naturæ & personæ a nobis negatur, nec, quomodo id probet, invenit Smiglecus. Naturam totam Patris filium accepisse, quomodo verum erit, nisi filius sit Pater? Cùm unum numero esse, & cum altero totum communicari, contradictoria sint? Sed jam ante non semel indicavimus, hoc esse desperationis Smiglecii in fallibile testimonium, cùm argumentationi ex ipsissima ratione deductæ, tam impudenter sua placita opponit, quod, ut nusquam fieri debere, optimè novit Smiglecus, sic nec unquam faceret, nisi eum id, durum telum, nec essitas, facere cogeret.

6. Argumentum Socini est. Si Christus est unius Dei filius, ille unus Deus, non erit Pater filius & spiritus sanctus, sed Pater tantum. Alioquin Christus esset, Patris, filii & spiritus sancti filius, eum tamen tantum Patris sit filius. Solutio Smiglecii est: *Cùm Christus dicitur unius Dei filius, unus Deus sumitur pro persona Patris, seu quatenus est subsistens in persona Patris. Solutio enim Dei Patris Christus est filius. Cùm verò Pater, filius & spiritus sanctus dicuntur unus Deus, sumitur unus Deus essentialiter, quomodo unus est, quid commune Patri, filio & spiritui sancto.* Videsne iterum, benevole lector, Smiglecium irretitum, ut, quo se vertat, non habeat. Principium petit, controversa pro concessis sumit, placita ecclesiæ suæ vi obtrudit, dummodo semel conceptam opinionem quocumque modo defendat. Vocem Dei, modò personaliter, modò essentialiter accipi, quis Smiglecio concedet? Commentum id est putidum hominum ratione simul & veritate privatorum: & tamen, nisi diceret, Deus jam personaliter, jam essentialiter accipitur, non haberet, quod mutiret Smiglecus. Velim autem observet Smiglecus, quomodo ei conveniat, eum aliis ipsius sociis, qui dicunt, totam Trinitatem ad Christi incarnationem operam suam contulisse, & esse Patrem Christi: Smiglecus autem dicit, solius Patris filium esse Christum.

7. Argumentum Socini facit Smiglecus tale. Quæcunque divina Christo in scripturis tribuuntur, ea omnia Christo, quatenus homo est, competunt (Socinus ait, ea omnia homini illi Iesu competere.)

Non

Non igitur propterea necesse est aliam in Christo divinam fingere. Nihil enim sublimius aut divinius Christo tribuitur, illo cultu divino, qui ei ab omnibus debetur. Atqui hic cultus Christo homini debetur, ut patet ex Iohan: 5. 22. & Phil: 2. 9. Nam apud Iohannem dicit Christus, Patrem non iudicare quenquam, sed omne iudicium dedisse filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. (& Patrem habet Smiglecus) unde apparet, ex iudicio a Patre dato, consequi cultum divinum, illi ab omnibus debitum. Atqui hoc iudicium, patrem filio, ut homini, dedisse, testatur ipse Christus. Paulò post enim v: 21. ait, patrem dedisse filio potestatem & iudicium faciendi, quia filius hominis est. Ad Phil: verò Paulus ait, propter obedientiam Christum exaltatum ad eam gloriam, ut in nomine eius flectatur omne genu. Sicut ergo obedientia ad mortem crucis in solum hominem cadit, ita & exaltatio ad gloriam. Solutio Smiglecii est: *Non negare sese, divina, quæ in scriptura Christo tribuuntur, homini Christo tribui. Nam & Deum esse, homini illi tribui. Sed hoc se asserere, tanta & talia ea esse, ut nisi ille homo divinam quoque naturam haberet, & Deus verus esset, nullo modo illi tribui posset.* Sed hæc nihil valent. Homo enim Christus, est Deus, ob divinū suum munus, ut supra ostendimus. Non potuisse autem tanta & talia Christo homini tribui, nisi naturam divinam haberet, est, Deo aliquid præscribere, & Scripturæ contradicere. Deus enim omnia potest, quæ contradictionem non implicant. At quæ, non dicam contradictio, sed vel minima absurditas in eo est, si Deus hominem ad tantam evehat dignitatem, ut loco Dei populū illius nunc gubernet, & olim in æternum servet? quæ summa est illorum omnium tantorum & talium, quæ Christo homini data sunt. Certè nulla in re major Dei gloria, major humani generis consolatio consistit, atque in hoc. Quod ad cultum attinet, falsum est, eum illo sensu soli Deo tribui, in quo vocem *soli* accipit Smiglecus. vult enim Pater filium ita honorificari, ut semetipsum? Quem verò filium? Cui omne iudicium dedit. At is, cui Pater omne iudicium dedit, & dedit certo tempore, (dixerat enim proximè ante Christus, Patrem majora opera iis, quæ tunc in terris degens faciebat, filio demonstraturum,) naturam divinam habere, & verus ille unus Deus esse nullo modo potuit. Si enim divinam naturam haberet, quomodo certo tempore, certa de causa, aliquid ei dari posset, cum eadem omnia haberet, & non posset non habere, quæ Pater, si idem Deus esset, qui Pater est? Cultus verò, quantumvis Deo ratione essentiæ deberetur, hinc tamen non sequeretur, eum non posse Christo alia de causa, vel ratione alicujus alterius rei, tribui, nempe ratione summæ in

Solutio Smiglecii.

Refutatio solutionis.

nos potestatis & voluntatis etiam divinæ, quæ scilicet id a nobis exigat. Quis enim eum cultu divino non afficiat, quem Deus, ut illo afficeretur, præcepit, & qui, ut eo afficeretur, dignissimus est, quia scilicet omnia, quæcunque sunt, solo Deo excepto, illi subdita sint. Quæ dum negare & impugnare pergit Smiglecius, quàm graviter in Deum peccet & in sacram scripturam, quæ hac de re testatur disertissimè, videant cordati. Dum enim ait, non posse aliquem ob ulla dona creata cultu divino affici, quòd ea, quæ infra Deum sunt, divinum cultum non mereantur, si divinum honorem, pro absolutè summo honore accipiat, verum id quidem est, nec nos absolutè summum divinum honorem Christo tribuimus. Nec enim eum colimus, ut omnium rerum primum autorem: si verò divinum honorem, pro honore, qui ejus generis sit, cujus is est, qui Deo debetur vel tribuitur, accipiat, constantissimè unà cum sacris literis affirmamus & contendimus, talem omnino Christo homini deberi. Vt enim humana dona, vel potiùs potentia, humanum, regia regium, sic divina potestas divinum honorem meretur. Deum verò præcipere non posse, ut quis divino cultu colatur, qui eo cultu indignus est, duplici modo captiolunt est. Nam & omnia Deus potest, quæ possibilis sunt, & cum rei natura non pugnant; & non est indignus cultu divino, qui potestatem divinam habet, licet essentiam divinam non habeat. Ad locum Iohannis respondens, ait, Christo homini cultum deberi propter potestatem Dei increatam. Sed ista increata potestas nemini dari ullo modo potest, cum, ut Deus est numero unus, sic etiam ipsius increata potestas. Datam autem eam fuisse filio, quæ filius ab æterno naturaliter: quæ verò homo, in tempore per unionem hypostaticam, nonné sunt putida humani cerebri figmenta? & tamen nisi ad ea perpetuò recurreret Smiglecius, jam pridem obmutescere eum oportuisset. Ad alterum verò locum ad Philip: accedens, eodem modo, ait, respondendum esse, quia *Christo nec cultus divinus donatus fuisset, nec donari potuisset, nisi ille homo, naturam divinam ac cultu divino dignam in se haberet.* Eodem igitur modo etiam diluantur hæc, quæ alia antea diluta sunt. Et præterea addo nunc, quòd alibi etiam indicavi, tacitam in ea responsione contradictionem esse. Nam qui naturam divinam habet, ei nihil donari ab alio potest, cum ipsemet a seipso omnia propter naturam divinam habere possit, imò necessariò habeat; & cui aliquid ab alio donatur, is naturam divinam prorsus non habet. Quæ verò addit Smiglecius, quòd, *quia Christus divinam naturam per carnis humilitatem ita occultaverat, ut nec agnitus pro Deo, nec cultus fuerit, Deus in præmium tantæ demissionis effecerit, ut ei publicus honor*



honor a toto mundo in celo & in terra deferretur, egregia sanè fabula est, & digna, cui tot clarissima cedant sacrarum literarum testimonia, quæ Christo id donatum esse affirmant, quo antea prorsus caruit. Dico tamen iterum, quid opus erat efficere alium, nempe Patrem, ut Christo publicus honor deferretur, & quomodo id donatio ejus appellari potuit, si Christus idem Deus fuit, qui Pater, & eandem naturam habuit? Poteratné fieri, ut Christi divina natura ea non haberet tandem, quæ naturaliter habuit? potuitné donari ex gratia, quod non poterat non habere semper Christus? Quomodo autem verum erit, quod alias clamitat Smiglecius cum suis, Christum pro uno Deo agnitum fuisse, cum in terris degeret, si ita divinam naturam pro carnis humilitate occultavit, ut nec agnitus pro Deo & cultus fuerit? Ex uno ore prodit calidum & frigidum. Notari denique vult Smiglecius, hanc Christi exaltationem non ad divinitatem, quam semper habuisse eam ait, sed ad externum cultum divinæ ejus majestati debitum, referendum esse, & hunc cultum, explicari illis verbis, *ut in nomine Iesu flectatur omne genu, & confiteatur omnis lingua, &c.* Sed adversus hoc vicissim notandū est, in his verbis, *ut in nomine Iesu omne genu flectatur, &c.* non exaltationē ipsam Christi, sed consequens illi describi. Ipsa enim exaltatio in verbis præcedentibus consistit, *Deus eum super exaltavit, & dedit nomen quod (est) super omne nomen.* Hæc verò exaltatio ipsa Christi vera divinitas est. Quam Christus antea nullo modo habere potuit. Mortalis enim erat, & quī immortales erant, Angeli, nomen, hoc est, dignitatem super Christum tunc habebant.

8. Argumentum Socini Smiglecius facit. Non enim pro argumentis hæc affert Socinus: sed per modum prolepsis ea refutat, quæ ad tuendam divinam in Christo naturam, adversarii varia excogitarunt, quarum unum est Idiomatum communicatio, quam & autoritate scripturæ carere, & impossibile ideo esse ait Socinus, quod nullus loquendi modus patiatur, ut, quod unius naturæ tantum est, alteri separatim tribuatur, quæ verba Smiglecius immutavit, dum Socinum dicentem facit, *Due enim nature, quantum vis uniantur, suas proprietates sibi non communicant, ut scilicet, cum umbra sua pugnant, victoriam reportet.* Sed solutionem audiamus. *Idiomatum, ait, communicatio ex illis scripturis accepta est, in quibus divina Idiomata homini, humana Deo tribuntur, ut cum Christus homo, dicitur creator cæli & terræ, ante Abrahamum fuisse, à diebus eternitatis, esse simul in celo & in terra. Simili ratione, cum Deus dicitur, apparuisse in carne, transfusus, acquisivisse ecclesiam sanguine suo, Deus gloriæ crucifixus, Deum animam pro nobis posuisse.* At hominem Christum esse creatorem

8. Argumentum.

Solutio Smigle-  
cii.Refutatio solu-  
tionis.

cæli & terræ, ante Abrahamum a diebus æternitatis fuisse, esse simul in cælo & in terra, falsitas est ipsissima. Cùm verò dicitur, Deum apparuisse in carne, transfixum esse, acquisivisse ecclesiam sanguine suo, falsum non minus est, ea de Christo accipienda esse. Deum autem gloriæ crucifixum, & Deum animam suam pro nobis posuisse, nusquam legitur. Frustra igitur conficta est ista idiomatum inepta communicatio.

At, malè eam Socinum intellexisse, porrò affirmat Smiglecius. Quod sanè mirum videri potest, ei, qui, quantà rerum divinarum scientiâ, quanto iudicio & acumine præditus fuerit Socinus, cognitum habet. Sed quomodo id probat Smiglecius. *Putat enim, ait, hanc communicationem esse in naturis, ut una natura alteri nature suas proprietates communicet, quod & falsum est & à nobis non aseritur. Nos enim Idiomatum communicationem à naturis quidem oriri, dicimus, sed non in naturas redundare: verum in communem utriusque nature personam, ita ut eidem personæ in duplici natura existenti, utriusque nature idiomata competant, divina homini, humana Deo. Non enim dicimus, divine nature proprietates humanas competere, neque humane divinas: sed divinas homini, humanas Deo, quòd una sit Dei & hominis persona. Quomodo verò id putare potuit Socinus, cùm disertè scribit, Idiomatum communicationem efficere non potuisse, ut, quod unius nature est, alteri separatim tribuatur. Nam qui sic loquitur, de eo non nisi imperitè dici potest, quòd putet, unam naturam alteri suas proprietates communicare. Sentit enim, scripturam non dicere id, quod unius nature proprium est, alteri nature competere; & non debere illud dici ab adversariis, quod nullus loquendi modus patitur. Smiglecius verò, qui male Socinum Communicationem idiomatum intellexisse ait, ipse met aut quid dicat, nescit, aut certè id dicit, quòd ipsissima intricatio & veritatis obscuratio est. Quod artificium est omnium illorum, qui lucem veritatis aversantur. Ait enim, se dicere, in communem utriusque nature personam redundare communicationem idiomatum, ita ut eidem personæ in duplici natura existenti, utriusque nature idiomata competant: Mox verò addit, *divina (nempe idiomata) homini, humana Deo.* Hæc verba posteriora, quomodo cum prioribus conveniunt? Nam si divina idiomata tribuuntur homini, humana Deo, quomodo, quod unius nature est, non tribuitur alteri separatim? Cùm homo in Christo non sit persona, sed tantùm ob naturam humanam, eamque, ut suprâ confessus est Smiglecius, imperfectam, Christus homo dicatur? Humana quidem idiomata Deo competere dici possunt, quatenus*

De communica-  
tione idioma-  
rum.

quatenus Deus persona est: at divina, quomodo homini competere possunt, siquidem homo iste persona non sit, (& ideo necesse est, ut naturæ tantum tribuatur humanæ, quod est naturæ divinæ) & ita idem omnino est, quando dicitur, Christo homini tribui idiomatica divinæ naturæ, ac si diceretur, idiomatica naturæ divinæ tribui naturæ humanæ. Quomodo porro non dicit Smiglecius divinæ naturæ humanas proprietates competere, cum dicit, Deum natum, passum & mortuum esse? quomodo item humanæ naturæ divinas proprietates competere non affirmat, cum dicit, hominem, qui non est persona humana, nec humanam naturam perfectam habet, esse creatorem cæli & terræ, fuisse antequam nasceretur, simul esse in cælo & in terra? Unde apparet, quàm verè Socinus dixerit, quomodo cunq; hæc idiomaticum communicatio, in locis de Christo loquentibus, accipiatur, hoc nihil aliud esse, quàm cum sacris literis quodammodo ludere, & planè incertum de loci sententia deque re ipsa sæpissimè reddere lectorem.

Ait porro Smiglecius falsum esse, omnia divina Christo tribui posse absque ullo ad naturam divinam respectu. *Quia, scilicet, vis sit faciendæ scripturis, & ad duros atque absurdos sensus detorquendæ scriptura, ut nos facimus, nisi admittatur ista altera natura, quæ admittat omnia salvari posse, quæ de Christo dicuntur, ut cum Christo rerum omnium creatio, æterna ante mundum existentia, in cælo æquæ ac in terra presentia, summa in res omnes potestas ac dominium, vis & efficacia ad nos redimendos, & à peccatis liberandos, divinus honor & cultus & huic similia tribuuntur.* Sed primò duos & absurdos sensus appellat id Smiglecius, quod sibi & aliis sibi similibus, præjudicatâ opinione execratis, tale quid esse videtur, re ipsa autem non est. Deinde nonnè præstat, modos loquendi duos, & quæ absurdaliquam speciem habent, re ipsa autem absurdi non sunt, admittere, quàm dogma tale in Christi sanctissimam religionem introducere, quod nec cum sacris literis, nec cum sana ratione convenire ullo modo potest, quod omnibus ejus osoribus & hostibus justissimum eam ridendi occasionem suppeditat, quod multis modis in Deum injurium est, quod hominibus denique & saluti ipsorum perniciosum prorsus est, quale est dogma de pluralitate personarum in una numero Dei essentia, & dualitate naturarum in una Christi persona? Denique sinceritas sacrarum literarum & veritas egregiè salvatur, si, quod est res, dicatur, Christum scilicet nec creatorem cæli esse, nec ante mundum extitisse, nec in cælo & in terra simul, cum mortalis esset, fuisse: Nunc verò, quando immortalis effectus est, in cælo & in terra.

terra esse, sua divinitate, potestate & gratia; summam potestatem, sed donatam Dei gratiâ, certo tempore, propter obedientiam; vim & efficacitatem ad nos redimendos, & à peccatis liberandos habere propter eandem divinam potestatem, quâ nos a peccatorum actu & reatu liberare potest; divinum denique honorem ei tribui, quia tanta sit potestate præditus, quæ cultum talem necessariò requirat, & quia Deus id præceperit. Hæc enim omnia, quàm sint ad captum hominum accomodata, & sine hujusmodi monstruosis distinctionibus a quovis intelligi possint, judicet, quicumque sacris literis fidem adhibet, & sana ratione, quâ præditus est, uti, ut debet, ita vult.

De generatione  
Christi æterna.

Alterum effugium adversariorum, præter istam communicationem Idiomatum, indicârât etiam Socinus, nempe generationem Christi æternam, per quam omnia Christum habere credunt, quæcunque de illo divina prædicantur, & ad illud utrumque responderat, oportuisse priùs, quàm mirabili hac ratione sacra testimonia interpretarentur adversarii, istam æternam generationem, & duplicem Christi naturam apertè ex aliis probâsse. Alioquin simplici istarum negatione, interpretationem istam meritissimò rejici ac confutari posse. Hanc responsionem sicco pede prætetit Smiglecius, quæ tamen tanti momenti est, ut, ea firma stante, omnes adversariorum responsiones, & sacrarum literarum explicationes, flocci pendere & magno animo contemnere possimus: imo certò concludere, adversarios nihil habere, quod veritati opponant ampliùs. Deinde verò docuerat Socinus, generationem illam Christi æternam & falsam esse. cùm substantia Dei, quæ est numero una, nec dividi, nec multiplicari, nec tota communicari alicui, sine contradictione possit: & nihil adversarios etiam juvare, propterea, quòd, quæ Christo a patre data esse dicuntur, certo tempore & ex libera voluntate illius profecta sint, & incertum finem destinata fuerint: generationem autem istam, ut æternam, ita necessarium aliquid fuisse omnino necesse esse. Rationes deniq; quare Christus ex Deo generatus, vel Dei filius sit, attulerat ex ipsissimis sacrarum oraculis, quòd scilicet ex spiritu sancto conceptus & ex virgine natus sit: quòd sine mensura spiritum ei Deus largitus sit: quòd solus immortalitatem & glorificationem sui corporis consecutus & universorum hæres ac dominus constitutus sit, & compendiosè iterum eandem rem iterans, dixerat: Vbiunque Christus filius Dei appellatur, sive tacitè, sive expressè, ibi nusquam ejus, quòd ex substantia Dei sit generatus, mentionem fieri, sed vel propter modum conceptionis in matris utero, vel propter sanctificationem Dei & in mundum missionem, vel propter resurre-

urrectionem a mortuis, quam scilicet consecuta est glorificatio & super omnes res creatas exaltatio, vel propter æternum sacerdotium ac regnum, quod a Deo habuit, vel propter alia ejusmodi, filium Dei esse & appellari. Quæ sanè ita vera sunt, ut nullius erroris unquam convinci possint, & ad omnia ista, quæ de Christi generatione ficticia, hæctenus inter Christianos vigent, somnia refutanda, validissima sunt.

Smiglecius verò ad hæc sic respondet. Primum ait, hæc omnia in Monstris Arianismi in Part: 3. confutata esse. Hoc quàm verum sit, lector ex responsione nostra judicet, ad quam eum remittimus. Deinde ait: *Quis nescit, verum filium ex substantia Patris generari oportere, ut sit caro de carne, sanguis de sanguine, substantia de substantia Patris? neq; absq; hoc filius verus, sed adoptatus, & in filium admixtus dicendus est. Ergo cum Christus sit verus Dei filius, sequitur, eum ex substantia Dei generatum esse.* Sed hoc jam antea solutum est, dum docuimus, Deum nec generare ex substantia, ut homo generat & cætera animalia; nec generare ex ea posse, cum nec dividi nec multiplicari, nec tota simul communicari possit. Porro, quæ Socinus, pro causis, cur Christus filius Dei dicatur, affert, ea Smiglecius *non causas proprias, sed argumenta, indicia & documenta appellat, quibus constet, Christum esse Dei filium.* Si non sunt causæ propriæ, sunt tamen causæ. Quid verò differunt, argumenta & documenta a causis, ut aliqua non causæ, sed argumenta & documenta alicujus rei dici possint? Cum ergo Scriptura dicit, Christum ideo & ob has causas filium Dei esse, quia ex Spiritu sancto conceptus: quia sanctificatus a Patre & in mundum missus sit: quia ex mortuis resuscitatus sit, & sacerdotium æternum ac regnum habeat, quis est qui non intelligat, causas proprias, cur Iesus homo, Nazarenus, filius Dei proprius & unigenitus sit, indicari, cum & ipsa communis ratio ita sentire jubeat? Christum verò unâ eademque ratione semper fuisse Dei filium, nec mutatum indies in aliam & aliam formam filii fuisse, partim error est, partim cavillus. Si enim filium Dei antea fuisse dicat Smiglecius, quàm ex virgine nasceretur, nonné, suo more, principium petit? Si verò Christus natus est Dei filius ex virgine Maria, quis non videt, aliam fuisse recens nati filii Dei formam, & aliam, ut reliqua omittam, eam, quam nunc habet, & frustra istas alias formas filii Dei objectari.

Errare consimili ratione Socinum ait Smiglecius, cum ait, Christum eo modo ex Deo generatum esse, quo Deus dici solet in scriptura generare filios. At hoc non absolutè dicitur a Socino. Fatetur enim, & docet etiam, Christum singulari ratione natum ex Deo esse,

præter reliquos omnes Dei filios fol: 16. istius scripti, quod refutan-  
dum Smiglecius sumsit. Secundum quid autem id verum esse, necesse  
se prorsus est, siquidem constat, Christum ex substantia Dei genera-  
tum non esse, nec generari potuisse. Et tamen verum manebit, eum  
ea ratione Dei filium esse, qua ratione nulli alteri competit esse Dei fi-  
lium. Angeli enim creati sunt Dei filii: Christus genitus vel natus.  
Angeli servi sunt Iesu Christi: Christus hæres & Dominus Angelo-  
rum, regnum habet æternum, & a dextris Dei sedet.

Gloriatur iterum Smiglecius, id, quod Christus peculiaris Dei fi-  
lius esse dicitur a nobis, quia Dei virtute in utero virginis est conce-  
ptus, in loco citato, nempe in Monstris a se confectis refutatum esse.  
Ergo iterum etiam lectorem ed remittimus. Rationem quam affert:  
*quemadmodum Christus non est Deus secundum carnem, ita neque fi-  
lius, sed secundum spiritum*, iterum prosterminimus. In Christo, Fili-  
um Dei esse & Deum esse, non semper æquipollere, sed ab eo de-  
mum tempore, quo propter similitudinem cum Deo filius Dei esse  
cepit. Quæ verò addit, & *modus ille, quo in utero virginis virtute Dei  
conceptus est, non est modus veræ generationis ex Dei substantia, sed sup-  
pletio quædam generationis humanæ*, nihil ad rem faciunt. Nec enim  
nos dicimus, istam Christi generationem esse generationem ex Dei  
substantia, nec, ut dicamus, necesse est. Ad id enim, ut Christus ab ipsa  
conceptione sit Dei filius, & ita natus, vel etiam secundum carnem  
Dei filius, satis est, miraculoso modo accessisse Dei virtutem ad ip-  
sum constituendum, licet non ex substantia Dei id, quod accessit,  
profectum sit.

Argumentum.

Ultimum argumentum Socini facit, Quod Christus dicitur Do-  
minus esse factus, Act: 2. & quod donatum est illi nomen super omne  
nomen, Phil: 2. Vnde scilicet constet, eum non esse Deum illum u-  
num: hic enim Dominus fieri nequit, & nihil ei donari potest. Et  
respondet, hoc a se in loco citato fusè declaratum. Consulat ergo &  
locum Smiglecii & nostram refutationem lector benevolus. Quæ  
verò hic repetit, ad ea responsionem etiam paratam audiat. Di-  
cit, *Christum non dici factum esse Dominum, quod ante Dominus non  
fuerit, sed quod re ipsa & quoad executionem cepit esse Dominus, ut a-  
ctu & re ipsa omnia illi subicerentur, & ab omnibus pro Domine agno-  
scretur, coleretur.* Similitudine exponit & alterum locum: *Christo  
datum esse nomen super omne nomen, non absolute, sed ut esset celebre su-  
per omne nomen, quod antea erat contemptum & abjectum, & ita cele-  
britatem nominis donatam esse.* Denique non negat hanc exaltationem  
non vo quasi titulo passionis & mortis donari potuisse, imò etiam dona-  
tam esse.

Solutio Smigle-  
cii.

tam esse. At primum quis non videt explicationis Smiglecianæ impudentiam? Nam quæ absolutè dicta sunt in Scriptura sacra, & quæ, cur absolutè accipi nō debeant, causa affertur nulla, certo modo vult accipi, quod est Spiritui sancto contradicere. Modus porrò, quo ea, quæ absolutè dicta sunt, intelligi vult, talis est, qui & Smiglecio ipsi & veritati adversatur. Nā si re ipsa (ut ait Smiglecus) Christus capit esse Dominus, tunc cum a mortuis excitatus est, ergo antea Dominus non fuit: Si verò antea Dominus fuit re ipsa, quomodo, quoad executionem, potuit incipere esse Dominus? Præterea quomodo is, qui antea fuit Dominus, opus habuit, ut eum alius quis, nempe Pater, Dominum constitueret & faceret, quod semper declinat Smiglecus, & nihil unquam ad id respondet? cum necesse fuerit, ut is, qui Dominus re ipsa erat, tandem ab omnibus agnosceretur, etiam si nemo illum Dominum efficeret. Idem etiam de altero loco sentiendum est. Nec enim celebritatem nominis Christo a Deo Patre donari necesse erat, si ipse Christus antea nomen illud habuit. Quanquam, ut antè docuimus, falsum est, celebritatem nominis Christo donatam esse. Donatum est enim illi nomen super omne nomen, hoc est, dignitas, quæ omnem aliam dignitatem superat. Hujus autem dignitatis consequens quoddam est, ista Christi adoratio & cultus, quem celebritatem nominis Christi Smiglecus appellat.

## Ad Pontificios.

**E**N habetis, ó Pontificii, quæ Iohannes de vera Verbi vel Christi divinitate docuit, quàm a vestris sensibus & opinionibus aliena, judicate. Incarnationis nulla in sacris literis mentio: nec ex ullis earum testimoniis vel per speciem comprobari ea potest. Iam dudum ea, quæ nobis hîc Smiglecus proponit, aspeximus, & verbum illud, Iesum Christum, sua luce nobis adfuisse credimus, ut ea perspexerimus. Quid enim, quæso, aliud, contra tam inveteratas & tam pertinaciter hæctenus defensas hominum, secundum carnem, sapientium & potèrium, opiniones ita armare nos, qui nihil quodammodo sumus, potuisset, præter ipsum Iesum filium Dei? Cum Deo bellum nobis nullum est: unigeniti filii Dei majestas & honor hac nobis anima charior est. Desinat igitur his speciosis verbis nos calumniari Smiglecus. Cum commentis hominum, quæ illi circa Dei & Christi naturam excogitarunt, bellum nobis est. Christi veram divinitatem factam te etiam cupimus, quæ verbis quidem summa Christo tribuitur, interime obscuratur, quâ Deus ei revera donavit; & sum-

mâ suâ gloria De<sup>o</sup> ille unus spoliatur. Cum ecclesia Apostolica, secundum S. scripturas, Verbū vel Sermonē Dei, Iesum Christū confitemur, celebramus, adoramus & invocamus. Itaq; nulla nobis iudicii illius & potestatis severitas metuēda est, si modò ex animo illi obedire perixerimus. Smiglectum autem rogamus, ut, quos ingenii nervos hæc tenus, in defendendum monstruosum de Christi incarnatione dogma, convertit, eos ad intelligendam veram Christi divinitatem, quæ non in natura, sed in munere & exaltatione illius consistit, convertat. Reliquos autem Pontificios, & omnes hujus dogmatis assertores, per ipsam Dei gloriam obtestamur, ut ad ea, quæ hæc tenus nobis ultro citroque disputata sunt, animum advertant, & ex eis iudicium tandem ferant, quid illis in hac re sequendum, quid fugiendum sit. Iam enim eò deventum est, ut præter ea, quæ antea dicta sunt, nihil amplius ab acutissimis etiam adversariis dici posse videatur. Ut vel hæc Smiglectii, qui ad sophismata neçtenda natus esse videtur, recens edita scripta, sufficienter unumquemque erudire possunt. Domine Iesu Nazarene, miserere populi tui, tam graviter & periculosè errantis, & in viam veritatis ac salutis eundem reducere non dedignare. Tibi debetur unâ cum Patre laus & honor in omnem æternitatem,

A M E N.

## Errata quedam sic corrigat lector benevolus:

Pag: lin:	Pag: lin:	Pag: lin:
5 22 benè	73 9 dæmones	132 pen: aspiciēte
6 35 indicari	75 22 De	133 19 Brixiantum
ibid: demonstrabimus	ib: 35 hunc	135 21 objicit
7 32 post spiritu adde oris	ib: 36 eum	136 18 fornicatur
8 7 pro ne cesse, opus	77 18 scripturas	ib: ad mar: 1. Cor: 6.
9 11 potuerint	ib: 22 scripta	ib: 24 verisimilitudinē
21 5 producatur	ib: 26 sententia	139 31 hic
84 24 gloriam	81 23 Chrysostomus	ib: ul: literis
88 38 eum	85 2 autoritate	142 16 convenire
43 29 fuisse	ib: ad mar: priora	143 13 Christiano
44 8 ante-	87 19 refutatione	144 9 animal
45 6 præter	89 11 immediatè	146 13 faciunt
60 34 post sermone ad de sermo	106 35 suadet	ib: 21 Federe
87 22 anchoram	111 13, 14 exhibitaturum	148 19 injuriâ.
ibid: 32 animos	ib: 15 illam	155 17 argumentum
59 33 post nos adde nō	112 24 nostrorum	ib: 8: 6.
64 16 accepisse	117 32 post Soc: ē passus est adde deposuerit	156 9 is
67 22 Domine	119 28 idiomatum	ib: 12 Deus
70 34 indicat	ib: 36 omne	159 27 referenda
71 8 argumētatione	131 31 fuit	ib: 32 mei
	ib: 33 pendentia	160 6 habitabæ
		166 36 h



n-  
r,  
&  
e-  
e-  
a,  
on  
e-  
i-  
ci-  
m  
na  
ab  
e-  
ri-  
a-  
in  
a

ne

